UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Roberti Tvrneri Viri Doctissimi Professoris In Academia Ingolstadiensi Orationvm. Volvmen ...

Turner, Robert

Coloniae Agrippinae, 1625

urn:nbn:de:hbz:466:1-69519

Visual Library

X
IV 2.
Th. 5839.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ROBERTI

TVRNERI VIRI DOCTISSIMI PROFESSORIS IN ACADEMIA Ingolstadiensi ORATIONVM.

VOLVMEN SECVNDVM,

Recens in lucem editum.

ACCESSERVNT

EDMVNDI CAMPIANI
SOCIETATIS IESV MARTYRIS
in Anglia,

Orationes, Epistolæ,
Tractatus de imitatione Rhetorica.

à

ROBERTO TVRNERO
CAMPIANI DISCIPVLO
Collecta.

Omnia nunc primum è M. S. edita, cum reliquis opusculis quotquot reperiri potuere.

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Kinckium sub Monocerote.
Anno M. DC. XXV.

Collegii Soc. Jesv paderb.
1666

AD LECTOREM.

ADiunximus sub finem Turneri, Campiani quædam, cuius se ille discipulum nominat, Gratus sanè Discipulus, cui hæc Campiani lipsana debemus, quæ quanto studio conquisierit, vt nihil tanti viri periret, patet ex Epistola 150. ad Gvvalterum Gvvinnum: *Stainhurstius vt suæ suauitatis mihi explicet diuitias, etiam communicauit aliquot Campiani Epistolas. Hic te volo mihi virum. Si quid Campiani scriptum possis emere, expilare, dono accipere, Orationes, Dialogos, Poemata: horum tu mihi copiam, si redimas pecunia, siue scripta illius, siue laborem scribentium, illa tibi repræsentabitur à me bona fide.* Hæc ideo pono, vt moneam vnde nobis sint hæc Campiani; & vt alios excitem ad promenda ea, quæ varia varij habent scripta eiusdem sparsa.

MAGNIFICO,
ILLVSTRI, GENEROSO DOMINO, D. BERCHTOLDO, Libero Baroni à VVolckenstein, Domino in Trostpurg & Neuhausen, &c.

CELEBERRIMAE ET CATHOlicæ Academiæ Ingolstadiensis Rectori.

MAGNIFICE Rector, Vidimus te eodem die, & in clarissimo honoris habitu, & in pulcherrimo virtutis ornatu.

Hæc verba gratulationis quid ni liceat vsurpare? cùm & virtutem & eruditionem tuam Academia Ingolstadiensis voluerit ornare eo honore; quem Serenissimi aliquot Principes sibi oblatum ita acceptarunt, vt hoc virtutis, & eruditionis testimonio se ornatos esse lætarentur. Quo & tu lætari potes: Et quidem hoc etiam nomine, quòd cùm anno 1577. Magnificus Rector fuerit Illustris & Generosus Dominus IOANNES à VVOLCKENSTEIN, tu tamen verum esse probas, quod quidam ait, honorem in multos collatum, veluti fluuium in multos alueos diductum, iterum

rum vi sua in vnum confluere. De quo, si omnium sensui satisfacere vellem, prolixè hic gratularer. Sed malo meo sensu id breuiter facere, & quidem non meis verbis. Quod enim ille Traiani Imp. ocellus Plinius Secundus Traiano, hoc ego tibi: Omnis gratulatio voto obsignanda est, quod est, vt honor iste tibi, & honori isti tempus, quàm longissimum accumuletur; vt habeat virtus & eruditio, quò longè procurrant: nescit enim semel incitata virtus stare, cuius pulchritudinem vsus ipse commendat. Obsignata sit hæc gratulatio hoc voto & hoc dono, quo offero tibi

TVRNERI posthuma: ita enim placuit appellare ea quæ in sparsis & male habitis schedis, post mortem reperta sunt: multa sine nomine eorum ad quos scripta erant. Quare tanti viri quicquam perire, censui ego iniuriam esse in publicum bonum literarium. Quod Plinius de scriptis Augurini, hoc ego de his Turneri: *multa sublimiter, multa venustè, multa tenerè, multa dulciter, multa cum bile. Aliquot annis puto nihil generis eiusdem absolutius scriptum, nisi forte me fallit amor eius.* Et vt eiusdem Ep. ad Maximum, verbis vtar: *Est opus pulchrum, validum, acre, sublime, varium, elegans, purum, figuratum, spatiosum etiam, & cum magna tua laude diffusum.* Cum tua, inquam, laude, MAGNIFICE RE-

RECTOR, non tam quòd hæc Turneri tua tibiq; dicata sunt, quàm quòd laudes continent admodum Reuerendi & Magnifici Domini PETRI STEVARTII, tui iam Vicerectoris, & cui in Rectoris dignitate succesisti. Si enim laudes antecessorum in successores aliquo modo redundant, tua est laus illius, qua illum Turnerus Epistola 34. ad Thomam Golduellum Episcopum Assaphensem ornat. Equidem Turnerus totus Rectorum Ingolstadiensium est, vt qui viuus Steuartium, toties Rectorem, ita amicè & prolixè laudat, etiam mortuus te Rectorem velit laudare. Laudi enim ducere

potes, quod laudatissimus & celeberrimus vir suorum posthumorum patronum habere vult te, tuumque nomen: illustre sane nomen ex illustri familia, ex qua tot Europa heroas vidit. Cui enim (vt vnum è multis nominem) ignotus est VITVS à VVOLKENSTEIN, Eques aurei Velleris Maximiliano I. Imperatori in summis bellorum periculis tam fidus, tam promptus manu & consilio? Odomarifanum non potuit recipi, donec SIGISMVNDVS Tyrolensium Princeps militem ex Tiroli collectum, duce VITŌ à VVOLKENSTEIN, submisit. Ille hoc arduum & plenum cruen-

cruenti discriminis negotium in se recepit, & pænè sine sanguine confecit. In hac alijsq; à Comminæo prudentissimo historicorum descriptis expeditionibus tam sub MAXIMILIANO I. quàm alibi VITVS à VVOLKENSTEIN primus fuit, vt scribunt Guicciardinus, & Gerardus de Roo diligens & elegans scriptor rerum Austriacarum. Talia multa possem ex historijs promere in laudem tuæ Illustris gentis, sed sileo; & cum Mamertino (in Genethliaco Maximiani & Diocletiani) *nouam mihi propono dicendi legem, vt quum omnia videar silere, quæ summa sint, ostendam tamen inesse laudibus vestris alia maiora. Quæ igitur illa? pietas vestra*

atque felicitas. Vestra, dico, dum simul nomino Illustrem Dominum PHILIPPVM RVDOLPHVM COMITEM à LIECHTENSTEIN: amitini enim estis, & simul eodem læto & felici progressu in studiorum tractatione, non sine laude & nominis vestri commendatione versamini. *O annum lætum!* exclamabo verbis Plinij. *quid enim publicè lætius, quàm clarissimos iuuenes nomen & famam ex studijs petere?* Deus Opt. Max. tuas, Magnifice Rector, animi corporisque dotes, quas tam eximias tibi contulit, eas semper augeat. Et liceat mihi hanc gratulationem nouo voto

TRA-

TRAIANI Imp. obſignare: *Precor*, Deus, *beneficijs tuis faueas, tantiſqúe muneribus addas perpetuitatem.* Vale Ingolſtadij 17. Auguſti Anno 1602.

CAR-

CARMEN
ad
MAGNIFICVM, ILLVSTREM, GENEROSVM DOMINVM BERCHTOLDVM LIBERVM BARONEM à VVolckenſtein, &c.
INGOLSTADIENSIS Academiæ Rectorem.

SOL Atheſisque decus, Bauaris date Rector Athenis.
Qui de ſaxosâ lumina nube iacis.
Turneri hic fœtus blattis ſubductus & vmbris
Prodit in illuſtrem te radiante diem.
Orbus & occiduo nuper genitore relictus,
Auxiliatricem pro patre quærit opem.
Te videt atque tuo ſperat ſub tegmine ſeclâ.

Seclâ

Seclâ inter patrios posthuma charta libros.
Credibile est ipsos cineres ita poscere mutos,
Quondam Arpineti voce, stiloque pares
O quos non poteris Rector defendere viuos.
Quando tuum quærit mortuus auxilium?
Nec liber hic Dominum meliorem quærere, sed nec
Huic similem potuit Rector habere librum.

INDEX

INDEX.

1. DE S. cruce Christi. pag. 1.
2. De S. Catharina, ad Episcopum Aichstadianum. 6
3. In laudem Philippi Hispaniarum regis. 12
4. De Religionis cura Principis propria, ad Archiduces Austriæ Græcij. 31
5. Ad serenissimum Principem Bauariæ Gulielmum. 43
6. Ad Eccl. Leod. DD. nomine Guliel. Ducis Bauari. 44
7. Dij, omnia laboribus vendunt. 47
8. Nihil ignauia tetrius. 54
9. Ad Sigismundum Regem Polon. de fœdere contra Turcas. 61
10. Ante disputationem Theologicam. 75.
11. De scientia. 75
12. Ante disput. Philosoph. ad Cardinalem. 80
13. Gratiarum actio post disput. Philosophicam. 83

14. An-

14. *Ante disput. Theolog.* 84
15. *Gratiarum actio post disput. Theologicam.* 86
16. *Ante disp. Iuridicam Duaci.* 87
17. *Ante disput. Philosoph. Romæ.* 90.

Index Tractatuum Rob. Turneri.

1. *In Ciceronis Milonianam & Philippicas.* 92
2. *Paradoxon,* Melius est debere quàm non debere. 100
3. *Hodæporicon.* 106
4. *De Concionatore.* 123
5. *Preces ad S. Ambrosium.* 149
6. *De Historia.* 151
7. *De Linguis.* 164.

Index Orat. & Epist. R. P. Edmundi Campiani.

1. *Orat. De Tutela B. Mariæ Virginis.* 169.
2. *De S. VVenceslao Patrono Bohemiæ.* 177.
3. *De Iuuene Academico.* 159
4. *Fu-*

INDEX.

4. *Funebris.* 201
5. *In Comitiis M. M. coram Regina Ang. Elizabetha.* 202
6. *Epistolæ 3. ad Richar. Stanihurstium & 1. ad Episc. Gloceſtrenſem.* 205. *& ſeq. pag.*
7. *Tract. & de imitatione Rhetorica.* 218

Index cæterorum opuſculorum R. P. Edmundi Campiani, Societatis IESV Martyris in Anglia.

1. *Rationes decem oblati certaminis redditæ Academicis Angliæ.* 237
2. *Narratio de morte quam in Anglia pro fide Romana Catholica Edmundus Campianus Societatis Ieſu pater alijque duo conſtanter oppetierunt.* 276.

ROBERTI

ROBERTI TVRNERI ORATIO DE CRVCE CHRISTI, HABITA Ingolstadij.

QVi Oratores nostra ætate plurimi res Theologiæ altissimas, & è medio cælo fluentes, conantur eloquentiæ flore conspergere, illi etsi multa & fabrè ad speciem, & ad intelligentiam enucleatè dicant, tamen quòd Christum semper vestiunt Cicerone, nec eum populo volunt sistere, nisi in artis vel quincuncem redactum vel quadrum, quasi septum incluſum, duo videntur peccare; primum, contra artem, dum malunt videri Christiani ad Ciceronis, quàm ad Christi normam Ciceroniani; deinde contra cælum, quasi Christum probarint potius vanum quàm verum; ad pompam fictum, quàm è cælo factum; pallentem ab eloquentiæ fuco, quàm suo sanguine tinctum & pellucentem. Est quidem in Cicerone & arte color nescio quis, qui rudi materiæ tanquam pannus purpuratus adsutus, facit, vt illa ruditas niteat, præferatq; speciem non insita rei, sed externi pigmenti; at Christo adpictus, cœlesti quadam vi fit, vt ipse color quasi næuus vel sordeat præ Christo, vel

Eloquentiæ flore Christum ornare vanitatem sapit

in Christo perdat formam, neruum, venustatem omnem. Quæ ars res nullas, facit, vt aliquæ: minimas, vt appareant maximæ, ea Christum cur deformet, & fuligine quadam obducat, si forte quis quærat, næ is, Christi nomen quantam vim habet, non satis videtur aut posse aut velle capere. Nam cùm Christus sit splendor Patris, cum quo reliquæ venustatum stellæ comparatæ instar scintillæ, aut potius nihili habent, sit vt quemadmodum adamas natura ipse sua pellucidus, nulloq; næuulo inspersus omnem è regione positam lucem claritate sua obruit; sic Christus omnem artis vim & Venerem ita absorbeat, vt quantum ars lucis adfert reliquis rebus, tantum huic luci caliginis inducat Christus. Quare qui Christum mortuum illum aut viuum dicunt, stultè quærent orationi suæ florem & emblema, cùm omnis fucus externus ita sit infra Christum, vt is id vnicum admittat emblema sine emblemate nitere; nec vnquam videatur pulchrior quàm in sorde, fœlicior quàm in miseria: id quod apparet, si vnquam, clarissimè in cruce, vbi diuinitatis suæ explicauit diuitias, quantas humanæ mentis acies quo propius aspicit, eo obscurius videt; ita vt clarè & præclarè dixerit: *Exaltatus traham ad me omnia*, artem, Ciceronem, vim, Cæsarem, cælum, terram, vno verbo quæ cæli & terræ complexu coërcentur, omnia. omnia! quo modo? singulari illo & planè diuino, ad cuius obiectam speciem vt vel eloquentiæ est infans, vel infirma potentia, sic & infantia eloquens & infirmitas videtur potens.

Christus adamanti collatus.

Miracula ista sunt, qualia crucis omnia, è quibus duo à duobus mea memoria cum in hoc loco fuerint illustrata, crudelis prius amor, dulcis postea amaror: ego puto me non facturum contra voluntatem vestram, certè non præter tempus, si tertium hodie miraculum, haud scio an longè maximum, Crucis scilicet breuem & eloquentem ruditatem breui rudiq; oratio-

Attentionis formula.

nis

tionis meæ colore expressero. Vt verò aut attenti rudem, aut silentes de rudi crucis eloquentia audiatis, nihil rogo: cum crux ipsa sine eloquentia ita sit eloquens, vt quantum habetis Christi, tantum vos cogat auris & mentis ad hanc nouam eius eloquentiam adferre.

Eloquentia duabus rebus terminata sit, oportet.

Si qui artem dicendi profitentur, ex græca illi siue latina schola eloquentiam bene terminarint duabus maxime rebus, verbo & notione, rectèq; partes assignârint, verbo vt mulceat, notioni illas vt moueat: Christus profectò in cruce ita dixit, ita sensit, vt ex tota antiquitate nihil legerimus, audierimus, eruerimus, aut dulcius ad suasionem; aut ad persuasionem firmius. Totam crucis eloquentiam non expectabitis hodie, vt complectar, rem nimis dissipatam, nec huius temporis; quod perexiguum circumscripsi orationi meæ. Illæ duæ voculæ: *Consummatum est*, quas Deus sacro ore edidit vltimas & eloquentissimas, ita multum in se continent verbi & notionis, vt si cum iis componantur Athenarum & Romæ vrbis flos, fucus, cincinnus, neruus; Athenæ profectò nobis sine flore, vel fuco pallida, & Romæ sine cincinno vel neruo exucca meritò possint & debeant videri. Consummatum est? rudem hic inquis & breuem dictionem: rudem, fateor, & ad stuporem eloquentem; breuem, & ad miraculum fusam; rudem, inquam, si vocem; eloquentem si dulcedinem, breuem si syllabas, fusam si vim spectes & pondus. Si eloquentiam ad vulgi normam metirer multâ bellâq; voce, facile esset vt faterer & Demosthenem vberius, & nitidius Ciceronem dixisse. Verum ad rectum sensum si statuamus tantum quemque habere eloquentiæ, quantum mouet, & mulcet, Christo in cruce primas deferto, qui cælum, terram ita mouet, mulcet, vt æquo mysterij librili & terra excitetur in cælum, & cælum subsidat in terram, id est, (vt sanctis verbis vtar) omnia trahantur ad Christum.

Christi eloquentia sola mouet & mulcet.

Christus trahit ad se omnia: quando? in deserto minimè: hic populum tantum trahit & Ioannem: in templo? tandundem hic vendentes solos trahit & disputantes: in monte fortasse Thabor omnes trahit? quomodo omnes? vide tres solos tractos Petrum, Ioannem & Iacobum. Vbi tandem trahit ad se omnes? Exaltatus in cruce post illas voces, per illas voces: *Consummatum est.* O eloquentiæ miraculũ, nec antea auditum, nec postea editum. Miraculum tamen, quod non valde miremur (vt miraculum non mirum magis miremur) si quàm multiplex duabus his vocibus notio subiiciatur, cum animis nostris reputemus. Consummatum est, quãtum istud valet? Finis est vmbris, principium rebus. Consummatum est, non intelligis? Finis est peccato, principium gratiæ. Consummatum est, non audis? Finis est litatui boum, principium sacrificio altaris. Consummatum est, quid quæris? Finis est morti, principium nouæ vitæ. Consummatum est, vin' alium sensum? Finis est legi scriptæ, principium legi in mentes nostras tanquam tabulas insculptæ. Consummatum est. Non eruo reliquam notionem, intus tam multam, foris tam neruosam, vt quicquid est sacris literis proditum miraculi, ad huius vocis vim meritò reuocari possit. Quæ antea terrore & potestate sua impleuerunt orbem, illa in Christi hanc vocem tanquam scopulum inlisa fecerunt naufragium omnia, vimq; suam ita fractam fatentur & incisam; vt ad crucem pereant, vel in cruce quadam quasi anima harum vocum viuant.

Qui aut superstitione obstricti sunt, aut animal potius viuunt quàm hominem, in crucem Christi dum intuentur, & externo oculo lustrant nuditatem, inopiam, plagam, corpus concisum, vultum lividum, linguam testem doloris, omnia plena calamitatum, facile est, vt cum Apostolis patiantur & offensionem, & ad appetitionis titillatũ, tanquam vilis ancillæ voculam, illud Petri vsurpent: *Non noui hominem*, quanquam bene dixe-

dixerint, se non nosse hominem, verius Deum quàm hominem: male tamen illud, quod hunc humano iudicio tanquam limite definiunt colliguntq; potius ex miseria hominem quàm ex tali miseria Deum. Oculus velim & mens nostra hæreant, non in externa hac specie, non in voce, non in vultu, non in vulnere: sed inspicite & introspicite Christum; quot hominis miserias, tot videbitis Dei indicia tanquam signa altissimè sublata. Nudus est? ô mysterium! nudus vincit mũdum. Affixus cruci? ô stuporem! affixus triumphat de carne. Mortuus? ô miraculum! Mortuus dæmonem mittit sub iugum. Aut si quid adhuc est neruorum fortasse in his, descendant iam in solem, pedemq; conferant cum hoc crucifixo, cum hoc mortuo. Prodi mihi sis munde, pulcherrime munde, & vocem tuam exere contra hanc vocem. Tacet. Caro, macte potentissima caro, exi & flammam tuam explica contra hanc flammam. Languet. Satan, eho versutissime Satan, ad pugnam, & vim tuam exprome contra hanc vim. Fugit miser, & potius, quàm crucis, vel ferat infirmam potentiam vel rudem eloquentiam audiat, abdit se in peccatores, in pecudes, in porcos, in solitudines, in montes, in glaciem, in id quicquid vilissimum est & remotissimum. In his omnibus maximis, Auditores, illud est maximum, quod vna illa vox: *Consummatum est*, hanc & vim fregerit, & potestatem sola attriuerit, atque in puluerem comminuerit. Ante hanc vocem aut aptius ante hanc crucis eloquentiam promulgauit quidem Christus legem omnibus, qui illum sequerentur, vt abnegent se, vt tollant crucem suam, vt non ferant peram, panem aut pecuniam, vt vadant & vendant omnia quæ habent, & eant tanquam oues in medio luporum, vt si velint seruare animam, perdant eam. Sed hæc lex adhuc tam dura illis videbatur, vt pauidi & pallidi, ...

Diabolus crucis eloquentia abdit se in creaturas

Cætera desunt.

ROBERTI TVRNERI ORATIO II. DE D. VIRG. ET Martyre Catharina, coram Reuerendiſſimo & Illuſtriſſimo Principe Martino à Schaumberg Epiſcopo Eyſtadiano, habita Eyſtadij, 25. Nouembris, anno 1587.

CVm omnes, qui Chriſti luce ſunt è cælo perfuſi, putent de grauiſsimis, ſanctiſsimisq; rebus, non niſi à grauiſsimis ſanctiſsimisq; viris dici oportere: & ſit hodie dicendum vel ſtudioſis de patrona ad gratiam, vel Chriſtianis de martyre ad exemplum, vel nobis neceſſario ad conſuetudinem, vel coram Illuſtriſsimo & Clementiſsimo Domino noſtro decenter ad gratitudinem: in iis me video anguſtiis, vt ſi dicam de ſancta non ſanctus, vir pollutus labiis: ſi taceam, vbi tam multa impellunt vt dicam, ingratus merito cenſeri poſſem. Quid fecero, pollutus non volo, ingratus non debeo videri, id eſt, nec dicere nec tacere volo aut debeo: vt ſi velim me exoluere nexu, hinc polluti, inde ingrati, media mihi ineunda ſit nec dicendi nec tacendi ratio. Hæc ratio non ſane difficilis. Nam quaſdam Catharinæ laudes pauculas è plurimis ita delibabo, vt videar de S. Chriſti virgine tacuiſſe potius, quàm dixiſſe: & in iis pauculis eum ſi ſeruabo modum, vt doceam, quod in Sancta fuit illuſtre ad laudem, id nobis eſſe illuſtre ad imitationem, hic certe modus ſine modo, & vobis meam rationem, & D. Catharinæ meam voluntatem facile probabit. Quæcunque igitur vel non tangentur in hac oratione, vel minus ornatè, quam pro rei dignitate tangentur, erit veſtræ prudentiæ, ſic cogitatione non ſubſequi, ſed antecapere: vt

Extenuatio.

quam

quam sit mihi in re ad explicationem grauis obex, tam sit in cogitatione vestra, ad excusationem facilis receptus. Ita fiet, vt tetigisse mihi sit tacuisse, & tetigisse apud tam prudentes sit dixisse; & tetigisse sine modo sit modus, qui D. Catharinæ gratum, & huic concioni pium me oratorem facile probauerit. Incipio tacere verbo. Vos cogitatione incipite, mihi ad veniam, vobis ad exemplum dicere.

Quid ergo de nostra Catharina tacebo primum? Vrbem Alexandriam, in qua nata, Costum Regem, à quo nata, alias non dotes cum quibus nata? hæc etiamsi talia sint, vt si dicantur & obscuris splendorem, & virtutum indigis, vmbræ alicuius lucem præferant, tamen in hac nostra virgine, artis est, ea potius tacere, quam dicere: cum quantum hæ vmbræ aliis, tantum his vmbris Catharinæ viuæ lucis adferat, & affundat. Fuit glorioſum, esse ciuem Alexandriæ; glorioſius cæli: fuit magnum, esse Regis filiam, maius Dei: fuit summum, quod habuit natura, ingenio & fortunæ bonis floruisse supra summos, altius tamen fuit, virtutum ac gratiarum donis ita excelluisse, vt cum cælum, gratia, Deus in Catharina plena frõte tanquam soles luceant, has Alexandriæ Regis fortunæ nubeculas, obscure tanquam, gratiæ medio sole extantes potius quam nitentes tangere solummodo & sicco quasi pede transire velim & debeam.

Infantia D. Catharinæ.

Infantia illius, antequam poterat loqui, loquebatur gratiam, siue cælum sæpe inspiceret, siue puppas semper despiceret. Ferunt enim, nutricem illius nunquam obiecisse puppam, rationem communem vagietis ætatulæ, vel pacandæ, vel excitandæ, quin sancta virgo contempta puppa, & oculo intento in cælum, ostenderit suæ infantiæ petendam non ex pupparum nugis, sed ex cæli stellis consolationem. In semine videmus frugem, & laudamus Deum: in hoc virtutis initio, quid videmus Deum, & laudamus Catharinam?

loquebatur infans sine lingua, mentem sibi fore non in rebus istius mundi fluxis, flabilibusque tanquam puppis & nugis; sed in Deo cœloque perpetuo defixam. Adolescens fortè ætas adolescebat ad voluptates. Ad voluptates? voluptates illi cruces. Ad ludos tamen: ad ludos? ludi illi ludi & iocus. At ad nitorem muliebrem? nitor illi sordes & macula. Ad quid ergo? Adolescens quidem ætas erat, sed adolescens sine Adamo, adolescens cum virtute, adolescens ad Christum: Christus illi voluptas. ludus, nitor, omnia. Si tota vita Catharinæ, non fuisset plena mysteriorum, vel miraculorum. id tamen hanc vitam nobilitasset, posuissetque in diuinitatis aliquo gradu, quod adolescés, quod Regina, quod apud Principes, quod in delicijs, quod in diuitijs eam consecuta erat vel charitatem vt vellet, vel doctrinam vt posset id quicquid erat in eloquentia politum, atque in Philosophia neruosum, id totum & lingua exequare, & superare gratia. Quid hic primum ordiar? quid vltimum substituam? Diabolus omnem artem, Maxentius omnem authoritatem, populus omnem furorem exercebat, vt vel Christum ex hominum mentibus, & memorijs euelleret. At Catharina Christiana, contra artem, virgo contra authoritatem, martyr contra furorem, ita pugnabat, vt artem gratia, authoritatem præsentia, furorem patientia facilè refutaret: Quicquid hic dico, infra rem est: vos hic velim cogitatione anteuerteretis, fuisse ingentes spiritus in femina: exijsse Reginam ex solio, & exijsse in populum & exijsse ad obiurgandum Maxentium, quo nihil vidit aut terra immanius, aut infernus tetrius. At exijt fortasse sine fructu? quomodo sine fructu? Maxentius qui flamma, ferro, vngula, alijsque tormentis exquisitissimis sæuiebat in Christianos sustinuit aliquandiu impetum, & quod ante tempus dabat furori, id iam sepositi Catharinæ audiendæ & corrumpendæ. Et quemadmodum Maxentius,

Adolescentia.

Mundum contempsit eiusq; minas.

tius, hic seipsum vicit immanitate quod auderet Catharinam aggredi: sic Catharina seipsam vicit pietate, quod poterat Maxentium vincere. Atque vt videatis (Aud) victoriam è cœlo; vicit tyrannum virgo octodecim annorum, vicit, vicit omni vi & via, siue minas, siue illecebras, siue oratores adhiberet. Carcerem proposuit: quàm nihili fecit tormentum: quàm contempsit? At in oratoribus & philosophis efficies? aliqua vt apud Oratricem & Philosopham. Verum Christus vnus ita præfulsit virginis menti, vt quicquid erat Oratorum & Philosophorum in Imperio, voce nostræ Catharinæ tanquam ense cæderet. Non potuit aut Philosophia suo neruo, aut eloquentia suo flore, aut vlla doctrina firmamento vllo tantum efficere, vt Catharina, non probârit plus in vno Christo, quàm in reliquis omnibus rebus esse momenti ad gloriam. Nam Christianæ religionis vim, virtutem, constantiam, nitorem, miracula, postquam explicarat virgo sancta, ita Philosophis & impressit, & instillauit Christum, vt vi victi exclamarent omnes, Stetimus veritati casuri, cadimus resurrecturi Christo. Est fulgor & fulgur in tuo Catharina verbo, pereellis non vincis tantum inuictissima. Quanta hæc victoria? vincuntur plurimi ab vna, à Regina Oratores, à submississima, tumidissimi, Platone, Socrate, Aristotele pleni, ab ea quæ Christo vno nitebatur, solido quidem, vno tamen, sed vno, qui vt habet omnia, sic omnia per Catharinam & potuit, & præstitit. Hunc igitur tuum, Catharina, triumphum, quo aduersarios non tàm vicisti, quàm vindicasti, nulla vnquam ætas conficiet: quin quò plus habet ætas vetustatis, eò hæc tua virtus diuina plus habebit floris & viriditatis. Id quod tam verum comperimus, vt qui hæreseos flamma sunt ambusti putent, instar monstri cuiusdam, quod fœmina Philosophum, Virgo vicerit tyrannũ. Sed hi perpẽdunt naturam, non pendunt gratiã. Gratia, gratia posuit

Diuinæ Philosophiæ vis percellit omnes.

fuit noſtram Catharinam ſupra naturam, tam alte, vt quacunque inſpicimus Catholici, tam multum ſtupeamus Chriſti, quàm nihil Adami. Vbique Chriſtus in Catharina lucet, ſed nunquam clarius quàm cum tyranni contempſerit illecebras. Cum enim Maxentius videret, nec carcere, nec tormentis profici quicquam, vltimam expeditiſsimamq; illecebrarum viam putauit ineundam. Nam quicquid habebat aut ſolium ſplẽdoris, aut regnum honoris, aut imperium poteſtatis, aut ipſe ſui, id totum præfert & offert virgini, ſi cadens adoraret Solem, Lunam, reliquasq; nugas, quas antiquitas ſuperſtitionis crimine deuincta conſecrauit. Sed quàm ſtultè, ô Maxenti? quæ contemnit tormenta, putas illectum iri illecebris? in luce eſt gratiæ, quid curat tenebras naturæ, ſpectat Chriſtum, cur te timeret tyrannum? exue ſuperſtitionem, exue ſtultitiam, exue furorem, exue id, quicquid menti tuæ caliginem erroris effudit: Chriſtum indue, tuorumq; ſcelerum veniam ſupplex cum Catharina ora & exora. Quid hortor aut furentem ad mediocritatem, aut belluam ad rationem? parat tormentum tyrannus, & quam non poteſt de viua, eam de mortua cogitat referre victoriam, ſed fruſtra cogitat. Nam rota vindex è cælo rupta & eiecta in aërem, quatuor millia ex fæce gentilium exſtinguit, Porphyrium militum præfectum confirmat, milites ducentos & Maxentij vxorem conuertit. Conuertit tantum? etiam coronat. Nam quæ dies fuit vltima ſuperſtitionis, illa illis prima erat æternæ gloriæ, profeſsis Chriſtum, vt ore, fauente Catharina; ſic ſanguine, furente Maxentio. Si in ſuos furit, in Catharinam quid? mortem intentat, & mortem gladij, non quod tyrannus, maius quid non potuit, ſed quod Chriſtus hoc genere mortis voluit, vt tyranno quid ſæuitiæ, & virgini quid puritatis fuit, apertiſsime oſtenderetur. Ergo Dei virgo, obiectis ceruicibus, læta has vltimas edit voces: Bone Ieſu, glo-

Gratia ſuperat naturam.

ria

ria virginum, corona martyrum, lito iam tibi pro amore tuo, amorem meum: accipe à me hoc quod solum possum, & solum vellem amare. Amor hic quidem est meus, vt è me; tuus, vt in te: sed melior sane tuus, quàm meus, quia ex me tantum est, vt sit amor naturæ, ex te, vt sit diuinus amor, & amor gratiæ. Amo, quid possum grandius facere? amo, quid debeo melius facere? Iesum amo, amo Christum Iesum: & quod amo, offero tibi, primum & vltimum non tam ad meam, quàm ad tuam gloriam. Quid hîc, auditores, mirer primum, constantiam in facto? an submissionem in dicto? an in vtroque Deum? Tyrannum contemnit, quia vitam non curat; non curat vitam, quia amat Deum; non vt ipsa hinc fructum, sed vt Deus inde libet gloriam.

Pulchra certe hic doctrina, & haud scio an longe pulcherrima de amore Dei, & propter Deum. Plurimi enim, in quibus virtutis species, & vmbra non parua, amant quidem Deum, non Deo, sed sibi. Volunt scire, vt sciantur; amare, vt amentur; laudare, vt laudentur; submittere se, vt efferantur; mori mortem corporis, vt viuant vitam cæli: ita vt gloriam Dei dum obtendant, suam solam quærant: Percunctare hos, velint relinquere cum Abrahamo patriam; annuent propter terram promissionis; seruient etiam cum Iacob Labano, sed certè vt potiantur Rachaele. Christo se miscent, in nuptiis quidem, non apud Herodem; in monte Thabor, non apud crucem. Quid crucem? Hic vel negant ter cum Petro, vel cum Apostolis fugiunt. Qui perseuerent, seq; potius Deo, quàm Deum sibi ament, paucos (Aud.) inueneritis, Marias, Ioannes, Catharinas. Quare cum Catharina amarit, non vt vulgus: Deus huiusmodi amorem signo non vulgari, & viuæ ad consolationem, & mortuæ ad miraculum, remuneratus est. Nam vt ostenderet Deus, candorem amoris, effecit vi qua potest omnia, vt pro sanguine

Inconstãntes qui.

lacteus

lacteus quidam candor ex vulnere efflueret sacrumque corpus in montem Synai angelico ministerio honorificentissimè collocaretur. Tantumne? & viuæ concessit Christus, vt quicquid quisque oraret se per Catharinam id exoraret. Magnum istud priuilegium, vt feminæ, inquam, magnum, vt amantis non magnũ; siquidem cum Deus hominem pendat voluntatis momento, tantumque ille huic tribuat facultatis, quantum hic illi amoris : meritò certè Catharina accepit multum quæ multum amauit. Quid hic finiam? Quemadmodum ab amore tuo incepimus, sic in amore tuo desinemus Catharina, rogabimusque vt quo amoris priuilegio gaudes è cœlo, eo vtatis in hoc hodie loco, nobisque exores à Deo omnipotente, vt qui est parens huius Collegij, teque annuo hoc honore colit, Illustrissimus Princeps Martinus, Dominus noster clementissimus, is vertentibus sæpe annis, hunc tuum diem possit videre atque colere, vtque studia, quæ huius hîc liberalitate stant, quicquid stant; sic floreant, vt optimus princeps possit ex hoc collegio in hoc suæ liberalitatis & pietatis domicilio, illum metere fructum, quem seuit Ecclesiæ, & Ecclesiæ sperat. Vos autem quicunque adestis, Auditores, pro vestra in Remp. pietate istud consentientibus vocibus, & mentibus, mecum Deum per Catharinam orate. Quid dico orate? Exorate potius. Nam Diua quicquid orat, ex Priuilegio exorat. *Dixi.*

Apostro. ad Cath.

ROBERTI TVRNERI
ORATIO III. IN LAVDEM PHILIPPI Regis Hispaniarum, habita Duaci.

SI diuinum numen hoc me sibi munere obligare voluisset, vt quicquid conceptis verbis peterem, id re consequi liceret, optarem non quod stultè Midas, vt omnia, quæ sensibus vsurparem, in aurum

mihi

mihi conuerterentur; nec quod imprudenter Cleanthes, vt singula, in quæ oculos intenderem, clarissima solis luce colluſtrarentur; neque quod turpiter Epicurus, vt mihi ex humana concretione ficto cœlestium voluptates impartirentur, sed vt oratio mea haberet nescio quid exquisiti artificij, quo in aures vestras suauiter influerem; & vultus nescio quid latentis vis, qua quandam vobis oris suauitatem suffunderem; & animus nescio quid diuini luminis, quo vestras mihi mentes arctissima beneuolentia constringerem. nam cum hodie tam limata ac polita iudicia sint hominum, vt quicquid demum fluxum, nullaque arte deuinctum fuerit, illud fastidios è repellant, & aures hominum tam teretes, disertorumque lectione tritissimæ, vt nullam dictionem, nisi fuerit illa eloquentiæ calamistris iniustæ, conquisitisque delicijs vndique exculta: patienter ferant; illis non dico aliquantulæ stultitiæ nota allini, sed turpissima impudentiæ labes aspergi debet, qui nec à natura instructi, nec dictione ex intimo artificio prompta perpoliti in oratorum celebritate versari audent. Quæ cogitatio hanc mihi sententiam impressit: fore me ab omni orationis inuidia integrum, si domi meæ nullam inanem gloriæ consectans vmbram, quicquid habebam roboris, quicquid neruorum, quicquid eruditionis, illud in iuuentute priuatim informanda collocarem. Sed in hoc meo iucundissimo otio dum latito, ecce vobis aliquos ex schola nescio qua homunciones, ea vultus vestisque conformatione, vt Socraticos putares; ea oris pectorisq; acerbitate, vt Cynicos iurares, qui nos vt obscuros acerbissima oratione perstringunt, & nulla ne leui quidē eruditione tinctos asperrimè exagitāt; vt sitiam in oratorum palæstram & spatia descendendum cum priuatæ existimationis discrimine, vel ab oratorum palæstra & spatijs discedendum cū publica collegij infamia. Quid igitur facerem, nisi quod ratio

A comparatione exemplorum.

Oratio S. Catharinæ.

præ-

præscripsit piè & natura informauit iustè, vt ad communem infamiam delendam, omnem omnium inuidiam subeam, conuitiorumq; aculeos valenti animo perferam. Prodeo ergo in Solem, sed inuitus, vt verecundiam agnoscatis; venio in hunc puluerem, sed aliorum conuitio extimulatus, vt necessitatem aduertatis; descendo in hæc curricula dicendi, sed vt animo ab hac prouincia alieniſsimo, sic ad communem extinguendam inuidiam propensiſsimo, vt voluntatem probetis, in qua prouincia tanquam mea sparta exornanda, acerrima mihi mentis commentatione versanti, dum venit in mentem, si rem quæ vel propter leuitatem cuiuis è plebis fæce in medio posita, vel propter tenuitatem puerorum sermone protrita obsoleſcit, in auribus animisq; vestris defigerem, fore vt rei tenuitate iudicia offendantur leuitate, & aures violentur, statui Philippum Regem Hiſpaniarum Sereniſsimum, Philippum, inquam, illam virtutum omnium geminam expreſſamq; effigiem oratione mea, quid dico oratione mea: suis suis virtutum luminibus insigniter nobilitatum, non tam in auribus, quàm in oculis vestris collocare. Nam cum mens humana vel propter corporis concretionem, cui illigatur, vel propter flagitiorum consuetudinem, quibus imbuitur sic in res fluxas & caducas demersa fuerit, vt in illis, quæ nulla temporis spatia definient, nunquam aciem suam fixerit, fit vt tam diuini regis proposito exemplo, tanta caligine, qua mens antea obducebatur, discussa, in diuinam se contemplationem & commentationem penitus abdat.

Propoſitionis pars.

Digreſsio

Neque in hanc dicendi viam ingreſsus sum, eo animo, quod Philippi laudes, quæ totius orbis oras longè lateq; peruagatæ, nullis terminis circumscribi possunt, meæ orationis finibus includi posse arbitrer, aut quod orationem meam sine Demosthenis artificio, solutam, sine Aeschinis aculeis languidam, sine Isocratis suauitate asperam aures vestras aliqua voluptate delinire

nire posse putem, sed hoc potissimum nomine, quòd cum omnia ferè suorum Mæcenatum laudes personẽt, siue animi quædam pia inductio exegerit, siue officij ratio necessaria extorserit, vt Philippus, à quo omnes & spirandi & sperandi rationes suspensas habemus, non suis iustis coloribus effingatur, sed certis quibusdam lineis nostro more adumbretur.

Quod si quorundam mentes ita fuerint maleuolentiam erga nos suffusæ, odioq; teterrimo infuscatæ, vt quia in re tanta nihil aut artificio, quod quidem emineat, elaboratum: aut iudicio, quod quidem eniteat, tersum adferam, id in me acerrimè reprehendant: reliquos tamen ea & humanitate poliuit natura, & mentis suauitate excoluit doctrina, & morum eloquentia aspersit consuetudo, vt iustiorem mihi causam esse loquendi, officium: quàm tacendi, tenuitatem cogitantes, de regis laudibus breuiter perorantem, patienter excipiatis.

Ab ipsius laude & virtutib.

Si qui sint vel cæco mentis errore transuersim acti, vel virtutis specie illustrissima falsò illecti, qui nihil imaginibus, nihil sanguini, nihil ipsi generis propagationi tribuendum esse censent, ij si nullius regni habenas, præterquam iis, qui ex illustri aliqua familia promanarint, omnium ætatum gentiumq; consensione cõmissas animaduerterint: si nullum vnquam coruum, aquilæ: aut asinum, leonis: aut canem, leopardæ satu conceptum viderint: si nunquam ex lauro sentes, ex oliua glandes, ex lilio vrticas effloruisse perspexerint, denique si Philippi ex illustrissimi Imperatoris Caroli sanguine efflorescentis virtutes animo & cogitatione obiuerint, quid habeat momenti, & ad vitam piè traducendam, & virtutis viam studiosè persequendam, & Reip. summam iustè administrandam generis splendor paterniq; sanguinis insita vis facillimè videbunt. Nam etsi Philippi vita ita omnibus virtutibus tanquam stellulis quibusdam distincta fuerit, vt dum illum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

lum vel Regem Hiſpaniarum omni honoris genere inſignitum, vel Auſtriæ Archiducem fortiſsimorum militum, præſidio munitum, vel Tyrolis Principem bellici inſtrumenti copia inſtructum, vel Mediolani Ducem ingenioſiſsimorum ſtratagemate pollentem, vel Flandriæ Comitem nobiliſsimorum amicitiis florentem, vel Indiæ (prope dixeram) Imperatorem omnibus diuitiarum copiis circumfluentem appellauero, non tam eius nomen hiſce titulis & ornamentis honeſtare, quàm iſtos titulos & ornamenta eius nomine nobilitare videar; tamen ſi illum Caroli ſemine ortum, & Auſtriaco ſtemmate illuſtrem dixero, tantum videar de illo pronunciaſſe, quantum diuinus Homerus de Agamemnone, dum Palladis; aut fulgurans Virgilius de Aenea, dum Veneris; aut ſuauiſsimus Ouidius de Auguſto, dum Iouis; aut ſedatiſsimus Statius de Achille, dum Martis; aut reliqui Poëtæ, de præſtantiſsimis viris, dum Deorum illis genus & ſanguinem affingerent. Ea namque antiquiſsimorum mentes imbuerat ſententia, tantam in generis ratione, & ſanguinis ipſius natura inſidere vim, vt nihil ab eo edi præclarum, ac ne ſtatui quidem; nihil ab eo ſtatui pulchrum, ac ne cogitari quidem, nihil ab eo cogitari magnificum, ac ne ſperari quidem, cuius nomen & genus à Dei aut præſtantiſsimi alicuius viri proſapia non fuerit deriuatum: neque hæc cum dico, id intelligi velim, quod aliquam ponerem, & aut in Poëtarum commentis veritatem, aut inanium Deorum opinione religionem, aut antiquitatis anili ſuperſtitione diuinitatem, (quanquam & Poëtarum commenta ſolent veritatis, & deorum opinio poteſt religionis, & antiquitatis ſuperſtitio debet diuinitatis quandam rationem præ ſe ferre) ſed vt antiquorum authoritate id eliciam, fuiſſe in omnium gentium mentibus, etiam earum, quas vel fœdiſsima morum barbaries infuſcauit, vel inaniſsima Deorum ſuperſtitio obſtrinxit, ſententiam

quam-

quandam de generis nobilitate plenam honoris & obseruantiæ inlitam, & quasi proseminatã: id quod Philippus (Philippũ cum dico, quicquid est aut in honore splendoris, aut in religione sanctitatis, aut in vita puritatis, aut in ingenio acuminis, cum Philippi nomine & notione comprehendo) id quod, inquam, Philippus vel naturæ quadam insita vi, vel quadam diuini numinis implicata ratione sensisse videbatur, cum Concilij Tridentini Patribus illum ad Ecclesiæ partes fortiter suscipiendas adhortantibus in hanc sententiam respõderit, quid? si ad illorum quos fœdissima hæreseos labes infecit, vires conuellendas, & eorum quos miserrima Mahometanæ sectę pestis infecit, neruos elidendos: si ad illorum nequitiam, horum furorem comprimendum; illorum plusquam diabolicam vesaniam, horum plusquam barbaricam immanitatem contundendam omnes ingenij mei vires non effunderem, non ego à sanctiss. Domin. familiæ patre Domin. à Soto Catholicæ religionis sinceritate imbutus, sed turpissimæ hæreseos sordibus à nequissimo Caluino, aut Beza nescio quo oblitus: non ego inter Hispanos in castissimo Ecclesiæ matris sinu educatus, sed in Bohemia inter teterrima hæreseos monstra & prodigia enutritus: non ego ex Caroli inuictissimi Imperatoris sanguine affluxisse, sed ex Lantgrauij alicuius tenebricosa familia extractus esse meritò censendus sum: videtis cum sit res plena virtutis ac diuinæ gratiæ, religionis puritatem cum lacte matris suxisse, ac tota penitus mente combibisse, quanta sit etiam in sanguinis vi virtus impressa, & generis propagatione infixa ratio, vt hoc vno exemplo eorum, qui nullam vim in generatione posse iam esse arbitrantur, oratio penitus infringatur. Videor fortasse vobis eandem viam vestigiis meis imprimere, quam in Scæuolæ laudibus prædicandis triuisse aliquando Lysiam antiquorum monumentis consignatum legimus, qui in maxima

Ab animi in euellendis hæresti bus fortitudine.

populi corona, frequentissimaq; nobilitate id tantum summa lateris firmitate ter inclamarit, & ex Gracchorum familia ortus est, quanquam ego non tam Lysiæ exemplo incitatus, quam multo iustiori ratione fultus, officij mei partes me expleuisse arbitrarer, si tantum auribus vestris, Philippum ex Carolo effluxisse, inculcaro; tamen aduertite, quam luculentum testimonium diuinæ virtutis Philippo dederit: quis? Carolus: at quando? tum, tum cum contritis mundi honoribus, confixis carnis illecebris, & cacodæmonis elisis viribus, in solitudine sanctissimus, cum monachis religiosissimis, numine cœlitus in eius se pectus insinuante impulsus reliquum ætatis suæ curriculum conficere in animum induxisset: cum in terris adhuc hærens in cœlis versari, & in corporis compagibus inclusus, ad cœlitum se societatem agglutinare voluisset, vt hæc vox non tam ex Carolo, quam ex Deo effluere videatur, nam cum omnes Carolum ex Sodoma ad Ierusalem, ex Babylone ad Syon iam iam exiturum retardare conarentur, & singuli nobiles sordidati suum Regem; Gandauenses in squallore iacentes suum Principem; plebeij lachrymis perfusi suum dominum; stipendiarij luctu squalentes suum Imperatorem his aut non dissimilibus vocibus persequerentur: quid? Carole, quid nos deseris? an tu indignus tanto imperio? nihil minus: sed nos in omni flagitiorum cæno volutantes indigni tanto Imperatore: quid Carole, quid nos deseris? Turca naturæ quadam immanitate efferatus, & insito quodam Christiani nominis odio inflammatus iam insanire, furere, agros depopulari, templa depeculari: serua te Christianis: hæretici odij & ipsius Satanæ furiis concitati saga sumere, diuorum Deiq; imagines comminuere, monachorum cæde omnia funestare, Ecclesiæ fundamenta labefactare: serua te Ecclesiæ. Franci sui regni proferendi incredibili desiderio flagrantes,

Luctus populi ob Carolum abitionẽ parantem

Subiectio

grantes, & victoriæ per te toties ab illis reportatæ vindictam acerrime expetentes nostris ceruicibus imminere; serua te nobis: Henricus Angliæ Rex eius nominis octauus, tyrannus eius nominis primus, Henricus, inquam, illa Reipublicæ suæ pestis, religionis labes, bustum bonorum, monachorum atq; adeo Catholicorum omnium carnificina, tuæ gloriæ per totum iam orbem dilatatę inuidia misere extabescens famam lacerare, virtutem contemnere: generosum tuum animum timiditatis macula notare, honori tuo, gloriæ tuæ, te tibi serua: in tantis tot hominum clamoribus partim stultitiam perstringentium, partim Reipubl. vtilitatem inculcantium, quid fecit? his vocibus flecti potuit, vt fuit misericors, sed à proposito auerti nõ potuit, vt fuit constans: his clamoribus tanquam mœstitiæ signis sublatis pungi voluit, vt decuit virum, quem natura aspersérat humanitate, sed retardari voluit, vt decuit virum, quem Deus afflarat diuinitate: respondet ergo, vt ad tantum leniendum dolorem prudentissimè sic de filij laudibus diuina iam luce collustratus verissimè, quin meis auribus opplorare definitis? quin tantis clamoribus modum præfinire pergitis? si Regem quæritis, Philippum vobis relinquo potentissimum: si Reipublicæ propugnatorem, Philippum vobis prædico acerrimum: si desideretis qui & stratagemate Turcam, & viribus hæreticum frangat & debilitet, quis illius calliditatem prudentius irretire, vel huius vires valẽtius armis cõprimere possit, quàm Philippus? at est fortasse in Caroli nomine & aspectu, quod & oculos vestros iucũditate pascat, & aures voluptate perfundat, en vobis tum in Philippo solidã & expressam Caroli imaginem, vt si omnia ornamenta, quibus Rex instructus; vel virtutes, quibus Christianus cumulatus esse debet, mentis notione comprehendatis, nihil possitis ne cogitando quidẽ informare, quod in Philippo, tanquam in clarissimo quodam speculo, non eluceścat.

Tyrannus.

Interrogatio.

ô luculentum luculentæ virtutis præsagium! nam si omnes Philippi actiones acerrima mentis acie pertentemus, glorioſæ apparebunt, vt à fortiſsimo inſtitutæ; ſi cogitationes, ſinceræ, vt à ſanctiſsimo informatæ; ſi conſilia, toti Reipublicæ vtiliſsima, vt à Deo inſtillata meritò videantur: ac ne omnes virtutes, quibus adoleſcens florebat & plurimis & maximis, oratione meæ peragerem, quantam in arduis rebus obeundis animi magnitudinem, quantam in Repub. tuenda charitatem, quantam in conſilio capiendo prudentiam ſemper præ ſe tulit; illa pugna, quam cum Henrico Rege Galliarum in Veromanduis commiſerat, ita loquitur, vt illo die non tam cum hoſtibus fœliciſsimè collata ſigna eſſe dicantur, quàm ſuæ in Deum pietatis, & Dei in illum amoris toti orbi clariſſima ſublata ſigna eſſe putentur: nam cum in rebus humanis illud maximum ſit, æquis partibus cum hoſtibus conſerta manu dimicare, quantum illud fuit cum copioſiſsimo milite rarum, cum ſelectiſsima manu promiſcuam, cum equitatu & peditatu inſtructiſsimis equitatum non ita multum conflixiſſe? quantum illud fuit? ſingularis animi virtutis fuit, & Philippi fuit: quantum illud fuit non ſolum cum tanta vi tantillam turbam conflixiſſe, ſed tantillam turbam tantam vim proſtraſſe & obtriuiſſe: quantum illud fuit? incredibilis fœlicitatis fuit, & Philippi fuit: quantum quantum illud fuit magnum Galliæ dictatorem fere dixerim Montmorantium, clariſsimum totius Galliæ Ducem Montpenſerium, Comitem Ringrauium illuſtriſsimum, Mareſcallum Diui Andreæ bellicoſiſsimum, alios permultos Franciæ Principes bello fortiſsimos, virtute lectiſsimos, ductu vnius Principis & Comitis, & ad deditionem vi compulſiſſe, & in poteſtatem armis redigiſſe, quantum illud fuit? Philippi profecto fuit, teſtantur Annales: ſed tantum fuit, quantum ne Marcus quidem Tullius, ſi ab inferis

inferis excitatus hæc subsellia occuparet, dicendo consequi potuerit, cum tantæ & tam diuinæ virtutis splendore humani ingenij acies penitus perstringatur. Res alias bello ab illo gloriosè gestas, si oratione persequi conarer, vel naturæ ordinem infringerem, qui paria illustrarem paribus; vel artis profectò legem imperitè violarem, qui minuta magnis, aut obscura clarissimis substituerem: etsi enim in tota sua vita omnia ea fortitudine gesserit, & ea prudentia digesserit, vt non tam vitæ, quàm gloriæ confeciſſe curriculum videatur, tamen reliquæ eius actiones, etiam quæ enitent maximè, si cum illa victoria conferantur, obscurabuntur, ne dicam obsoleſcent: neque est cur quisquam vel hæresi obstrictus teterrima, vel tantæ virtutis odio incensus acerrimo, tanto Regi, vel ignauiæ, vel timiditatis, (quam ego vocem à quibusdam audiui) infringat, quod dum Belgium inteſtinis contentionibus destineretur, & maria sua Barbarorum audacia & furore infestarentur, & omnes fere Christiani orbis fines Turcarum immanitate vastarentur, multos iam annos ille in suauissimo Hispaniarum otio delituerit, cùm à victoriis ea gloria relatis, vt Cæsarem diceres; & bellis eo animo commissis, vt Annibalem putares, ineuntis suæ ætatis commendationem duxerit: in quibus persequendis, qui singula tantum tetigi, fusiorem ego orationem ponerem, si Alexandrum aliquem cicatrices toto corpore exceptas iactitantem furiosè non Philippum rebus Christianis prostratis iam & afflictis toto pectore consulentem, proinde, si Leonem aliquem aut Elephantum ex immani quadam feritate coagmentatum, non Regem omnibus præclaris virtutibus mirabiliter insignitum, orationis meæ penicillo vobis depingerem: qui si in Hispania lateat, hæreat, commoretur; sic latet, vt totam Ecclesiam labantem, iam peneq; precipitatam potentia

Res gestæ Philippi Regis.

sua sustentet; potentiam admiramini: sic in Hispania hæret, vt Belgium luculentissimis vulneribus ab hæreticorum manu concisum sua prudentia suffulciat; prudentiam veneramini: sic in Hispania commoratur, vt Turciæ genti tam prorupta audacia efferatæ, vt nihil exhorrescat, horribilem quendam timorem nominis sui gloria incutiat; tantam nominis gloriam obstupescite: sic denique Hispaniæ finibus inclusus viuit, vt res ab illo bello fortiter gestæ nullis tantæ molitionis finibus inclusæ, vbique fere peruolent: lateat ergo, disrumpantur licet omnes hæretici, sibi glorioſe, nobis fœliciter, dummodo Remp. Christianam tot vtilitatibus amplificet, non enim latitat, (quid furis hæretice?) quod gliscentium gladiorum acies reformidat, aut furentium hostium impetus pertimescit, sed quod cogitat sine turpissima conscientiæ labe Regem Hispaniarum, Flandriæq; Comitem in tantis hostium insidiis, in medios hostium enses non posse irruere: quod cogitat esse à generoso animo alienum, illas ceruices, quibus Remp. & Ecclesiam sustinet, Maurorum crudelitati, hæreticorum furori, & Turcarum immanitati subiicere; quod cogitat, idq; cum Scipione prudentissimè, se Regem esse natum, qui cæteris belli pacisq; iura describat; non stipendiarium militem, qui in arenam cum hoste furiosissimè descendat: fortitudinem audiuistis, prudentiam perspexistis, reliquas iam virtutes, quibus vel illum illustrauit Deus, vel excoluit doctrina, si cum animis vestris diligenter cõsideretis, non aliquem ex humana natura concretum putabitis, sed angelicam quandam naturam in hominis pectus commigrasse obstupescetis. Si in omnium rerum descriptionem modumq; affabrè designatum mentis nostræ notionem infigamus, singulis rebus singulas virtutes indidisse, latentiq; quadam vi implicasse Deum; oculis plusquam lynceis perspiciemus, vt herbæ suum, lapides suum, suum arbores, suum homines munus, tanquam

Digressio laudis.

virtu-

virtutem quandam, à diuino numine impressum habere non solum dicantur ab antiquis inani superstitione conflictatis informante natura, sed credantur à nobis sacro iam fonte perfusis instillante Deo. Vnde vsu venit, vt quemadmodum herbam herba, aut lapidem lapide præstantiorem esse firmissimo rationis momento colligimus, quod præstantiorem sibi virtutem & vim insitam habet, sic illum hominem cæteris omnibus diuiniorem esse eadem rationis firmitate extorquemus: qui fortitudinis, prudentiæ, temperantiæ laudibus cæteros antecellit; & iustitia ita excellit, vt Dei expressam quandam solidamq; effigiem, (nam Dei ornamentum iustitia dicitur) præ se ferre videatur: quod dum cogito, inducor, vt non solũ præ Philippo omnia Gracchorum, Camillorum & omnium hominum ornamenta sordere putem, sed etiam, vt illum Deo quadam naturæ similitudine & communione deuinciri arbitrer, vt qui adolescentiæ cursum ea simplicitate, sine hypocrisi: ea sinceritate, sine simulatione: ea sanctitate, sine fuco: eo veritatis studio, sine fraude transegit, vt Iusti cognomen suis meritis fuerit assecutus: id quod Guilielmus Zenacorus militiæ auratæ eques illustrissimus: ille à quo Caroli Quinti vita, mores, res præclarè gestæ orationis nitore satis terso, ingenij acumine plane diuino illustratæ fuerunt; satis superq; indicauit, qui nunquam Philippi mentionem fecit, (facit sæpissimè perhonorificam) quin Iusti cognomen attexuerit, quasi historia sua mendacij labe contaminaretur, si Philippum iustitiæ laude non commendatum semel suis scriptis non attexuisset, præsertim cum sanctissimus Papa Philippum iustum prædicaret, sinceriſsima plebs Philippum iustum loqueretur, & frequentissima theatra Philippum iustum personarent: Omnia circumspicite, singula animis diligentissimè lustrate, an non illud Concilium Tridenti indictum, ex tot sanctissimis Patribus

Adolescẽtia bona fælix totius vitæ cursus.

ad hæreticarum sordium sentinas penitus exhaurien-
das conflatum, spiritu cœlitus in illorum mentes de-
fluente mirabiliter illustratum, an non illud Conci-
lium Philippo iustitiæ theatrum quoddam propos-
tum esse videtur? qui toties per legatos Patribus signi-
ficauit, hanc sibi sententiam insculptam esse, non alio
se nomine tot Asiæ, tot Italiæ, tot Belgiæ, tam opulen-
tis Hispaniæ & Indiæ regnis, tot tantarum gentium
ibiq; ferè diffusis imperiis Deo immortali amplifica-
tum esse, quàm vt inter tot hæreticorum aperto quo-
dam furore grassantium, si eas, & tot Catholico-
rum turpissimo otio languentium nimis (proh do-
lor) nimis securas cogitationes, Reipubl. & Eccle-
siæ partes fortissimè sustineret: at quantas (quæso)
acerbitates in collapsis Ecclesiæ muris reficiendis ani-
mo quanto deuorauit? maximas maximo: nolite iam
cogitare (id quod apertissimum) Angliam crudelis-
simis hæreticorum manibus miserè dilaceratam, altis-
simis vulneribus immanissimè confectam, & Luthe-
ri exhausto veneno penè extinctam, illius auspiciis, &
Mariæ Reginæ, sacratissimo Diuæ virginis nomine
dignissimæ auxilio Ecclesiæ iterum septis inclusam
in eius gremio, tanquam in portu, delituisse, vsque
dum hæc omnium: nolo dicere, ne dum Regis sanctis-
simi laudes persequor, spurcissimæ mulieris nomine
& sordibus aures vestras polluere videar: nolite co-
gitare (id quod clarissimum est) hæreticorum cona-
tus in vestram Belgiam nefarios ab illo fuisse retar-
datos, consilia in vestra capita immanissima, ab illo
fuisse dissipata, vires in vestra viscera comparatas ab
illo fuisse profligatas, penitusq; attritas, nolite (id
quod omnium sermone peruagatum est) nunc cogi-
tare eorum, qui Pictauij Bezæ commentis, tanquam
diuinis placitis sese dicarunt, audaciam ab illo fuisse
refutatam, vnoq; die Regem infantem à mortis certis-
simo periculo in vitam optatissimã; & Franciam mise-
ram

ram ab incendio præsentissimo in salutem promptissimam; & Ecclesiam laceratam à tenebris obscurissimis in lucem clarissimam fuisse vindicatam, nolite (inquam) hæc cogitare, sed hîc hîc mentis vestræ aciem defigite, quantam operam fixit, quantos ingenij neruos contendit, ne illa hæreseos contagio, quæ se ferè per omnia loca dilata uit, ad Hispaniæ oras permanaret: nam dum hæreseos naturam tam esse ad malitiam & dolum fictam esse animaduertit, vt quæ aperta vi in animos hominum non possit irrumpere, ea vel religionis sinceræ integumento inuoluta irrepere, vel Euangelicæ libertatis adulterina specie, tanquam velo quodam, obtecta in illorum mentes influere soleret. Hispanicam (timidè dico, nam hæreticum audio huius nominis odio tanquam Erynni quadam percidum.) Hispanicam (audacter dico, nam Catholicum video huius vocis suauitate incredibili perfusum) Hispanicam (inquam) inquisitionem eorum conatibus & insidijs obicem, & tanquam apertum quendam murum obiecit, id est, viros in perabstrusis sacrarum literarum recessibus contritos, qui longo vsu sapientiæ; acerrimo studio, doctrinæ, studiosis actionibus, sanctitatis, sincera vita, religionis clarissimam famam collegerunt: quasi in speculis collocauit, qui Catholicam religionem, quæ in Hispania semper dominata est, altissimis radicibus defigerent, & quicquid in eius visceribus insideret sordium hæreticarum, stirpitus eradicarent: maxima profectò hæc sunt, & talia, quæ certissimo diuini spiritus auxilio necti videntur, sed maiora tamen ista, quod sui auunculi Ferdinandi, Patrisque Caroli vestigia persecutus, crucem nostræ salutis signum nobilissimum, Christi in nos amoris monumentum clarissimum, ipsius mortis plagam luculentissimam, victoriæ ab inferis reportatæ indicium longè iucundissimum, in omnibus ferè Indiæ partibus, quæ dæmonum do-

Hispaniæ hæresi expers, & cur.

Cruce Christi Indiæ conuersæ.

lis, vanaque superstitione irretitæ antea extabuerunt, extulerit, & ita extulerit, vt vitam Patribus qui Societati Iesu sanctissimæ nomen dederunt, ad erroris nubem barbarorum mentibus dispellendam, Christique semina inserenda, pecunia, consilio, armis munierit: in quorum pietate & sanctitate tantum sibi præsidij ad barbarorum vel mentes in officio continendas, vel animos religione imbuendos collocatū putauit, vt cū ad aures eius increbuisset, Anglos quosdam in Indiam se eo animo traiecisse, vt Ecclesiæ apud illos in cunis vagienti, confusionem Babylonicam; & Christi Euāgelio, Caluini commenta opponerent, ille animo constantissimo & diuini numinis pleno dixerit, Si duodecim tantum Apostoli omnium hæreseon neruos eliserint, & euulso penitus errore Catholicæ lucis splendorem per totum orbem diffudetint, tot Patres sanctissimo Iesu nomine consecrati, & Apostolico spiritu verè instructi, istorum hæreticorum insidias & furorem facillimè dissipabunt: etsi omnis oratio tantis tantorum Patrum meritis inferior esse solet, nihil tamen profectò ad solidam illam & veram gloriam, quam in virtutis & religionis studijs collocatam omnibus neruis consectantur, tam diuino diuini regis testimonio illustrius potuit accidere; vt mirer monstra nescio quæ esse, quæ sparsis schedulis (vah pudor) & conuitio ex triuijs arrepto (proh dolor) illam Societatem diuini regis voce confirmatam, & illustrissimo Iesu nomine consignatam, vt superbia & ignauia torpescentem configant: quid? tu illis qui perditos Caluinistas ensem in Ecclesiæ iugulum distringentes, odium in Dei imaginem euomentes, & in sanctissimam Virginem furorem fulminantes, labore, vigiliis, studio comprimunt, tu illis negligentiæ, & dissidiæ notas inusseris? stultam vocem, & blasphemiæ in Deum ipsum pleniſſimam: tu illis, qui vultu simplicitatem, veste simplicitatem; factis simplici-

Patres Societatis nomine Iesu consignati.

plicitatem semper præ se tulerunt, qui quandam modestiæ & puritatis officinam instituerunt, tu illis superbiæ & arrogantiæ maculas aspersseris? vesanam mentem, & odio, non dico Vatiniano, sed penè diabolico infuscatam, sed Patres defendo, non regem laudo; at Patres deendere, quid aliud est quam regem laudare, cum tantum videatur de regis virtutibus posse imminui, quantum cæteri volunt delibari, vel de Patrum sanctitate, quam ille prædicat summam; vel religione vera, quam ille decantat singularem nam cum Philosophi, qui in moribus ad virtutem fingendis sedulò versati sunt, omnes homines ijs moribus quibus illi, quos vel amore prosequimur, vel oratione decoramus, imbutos esse iudicent, ego profecto Philippum non solum quòd in Patres pietatis laude excellentes summo animi inclinatione propenderit, sed etiam quòd Belgas summa beneuolentia præ cæteris sit complexus, sanctissimum semper sum arbitratus: ac ne videar plus ad aurium voluptatem, quàm rei veritatem loqui; an quicquam potuit esse ad suam erga vos inuolutam animi notionem declarandam illustrius, quàm quòd Belgicos legatos summa humanitatis & beneuolentiæ specie comprehenderit, quòd apud Belgas suos domicilium suum collocare ardentissimis semper votis exoptarit, quòd Belgarum se sanguine ortum gloriosissimum sibi duxerit: vt cum vos propter incredibilem quendam in illum amorem videamini dignissimi tanta propagine, ille quoque propter singularem quamdam in vos beneuolentiam videatur non indignus tanta origine: at si communia hæc sint hominis in hominem officia, diuinum profectò illud vobis videri debet beneficium quod Duacum academia, academiã collegio collegium suo nomine nobilitauit, ne foris proficiscentes hæresi obsolescceretis, & Duaci hærentes politissimæ literaturæ, subtilissimarum artium,

& puriſſimæ religionis hauſtis ſimul fontibus gratam patriæ, Eccleſiæ fidelem operam ſemper nauare poſſitis : nec eſt cur quiſquam de tanti regis laude aliquantulum decerpat, quod collegium ſuo nomine donatum beneficio ampliori non cumulet , & forma turpi horridum non perpoliat, næ ille à vero rectoq; ſenſu rem non iudicans, non perſpicit, regis cogitationes, quæ per totam Eccleſiam ad illam propagandam, & totam Belgiam ad illam propugnandam ſunt diffuſæ, in tantas vnius collegij anguſtias non poſſe conijci: at non deſunt, qui nobis ignominiam & infamiam infligere conantur, quòd parietibus ſqualentibus incluſi, tanquam in Diogenis antro, id eſt, (vt illi interpretantur) in obſcuro loco latitantes obſcuri ſedem noſtrarum fortunarum fiximus, cum rem diligentius conſiderantes nobis ſplendidius eſſe duxerimus in Philippi ſordidis ædibus , & regis tanquam Cynici (ſi dijs placet) dolio animos habere ab omni inuidiæ labe immunes; quam illis , in ſplendidis ſuis rectis animos habere pluſquam Cynicos, & ſordibus neſcio quibus obſoletos: ſed ne oratio mea plus olere videat de Ariſtippi ſchola, aut Rami gymnaſio, (quorum alter ſcurrarum facetiſſimus , alter Zoilorum aſperrimus omnes orationibus ſuis aculeatis pupugerunt) quam de Ariſtotelis Philoſophi ſedatiſſimi Lycæo, aut Chriſti præceptoris humaniſſimi palæſtra, ad vos, vos, (regij collegij ſumma humanitate adoleſcentes, ſumma indole ſcholaſtici) orationem meam inflecto, ſi veſtra ſtudia retardet, quod in lacera; hoc vobis animos faciat, quod in regia domo, Muſis veſtram operam dicauiſtis: fic ſic ſtatuite, cum ſit anguſti, & in terram depreſſi animi, in ſummo nitore ſordere; eſſe generoſi, & maxima conſectantis, in ſummo nitore ſplendere. Neque animos deſpondere debetis, ſi aliorum exiſtimationem cor[illegible]itio non vexemus, ſi præceptores noſtros, cudendæ linguæ inſignes artifices,

Refutatio.

&

& earum rerum, quæ à natura inuolutæ sunt, acutissimos venatores, vobis non adumbremus, cum omnes malimus esse suauiter obscuri latendo, quam malitiosè superbi latrando; & piè inscientes videri tacendo, quam stultè arrogantes, nostras laudes prædicando. Qui si non habemus quem vobis prædicemus Mæcenatem miselli, nec quem vobis ostentemus munificum, subdoli, quid torpetis? an non habet hoc collegium, non dico regem authorem, qui nos nomine suo tanquam patrocinio defendat, sed senatum fautorem, qui nos sua beneuolentia & humanitate, tanquam alis quibusdam foueat; & eum moderatorem in quo possitis & experiri pijssimi propensissimam beneuolentiam, & colere sanctissimi admirabilem grauitatem, & adamare humanissimi mellitissimam suauitatem, & venerari iustissimi incredibilem sinceritatem: quæ ideo dico, non quod suis audiendis laudibus tam auidè inhiat, quam, vt omnibus videatur dignissimus, enixè contendit; sed vt gaudeatis talem & tantum virum vitæ morumque leges vobis indicere, seu potius exemplo tanquam intento digito, quæ sit in illam æternam patriam omni voluptate & fœlicitate fluentem, trita via indicare. Sed Philippo iniuriam facio; qui dum in istis orationem nimis fortasse longam figo, illas illius non infimas laudes tempore tam exclusus, transilire cogar, quod precum horariarum (quas vocant) pensum diligentia, qua sacris mysterijs consecratus: ardore, quo monasticæ vitæ legibus astrictus, & studio, quo vir diuino spiritu afflatus, quotidiè persoluat: vt Turca cùm audiuisset, illum prole fuisse auctum, furijs tanquam Orestes Tragicus concitatus, summis lateribus fuerit vociferatus; Philippus vel viuus virtute, vel mortuus renouata prole nos in arctissimos Asiæ cancellos compinget, & sui Nazareni Ecclesiam tot vndique fluctibus conquassatam denuò excitabit. O suauissima Christianorum mater Eccle-

Ecclesia Dei in miserijs floret.

Ecclesia, si eo te munere Christus non illustrasset, vt in miserijs storeres, in tenebris luceres, in sanguine clareres, & hostium vel vi vel victoria triumphares, tamen hoc te nomine vel felicissimam duxero, quod rei apertissima veritas ab hoste tuo immanissimo hanc vocem elicuit, fore vt labefactata opem & obscurata lucem, & vulnerata medelam, & superata victoriam Philippi vel vi, vel prole consequerere. O Philippe charissime Ecclesiæ fili, si ijs te virtutum insignibus non honestasset Deus, vt & propter generis claritatem qua splendes, & fortitudinem, qua bella geris, & prudentiam, qua pacis negotia noctis, & religionem, qua Indos illustras, & charitatem, qua Sanctissimos Societatis Iesu Patres: & Belgas tuos comprehendis, omnia antiquæ virtutis exempla superes, tamen hoc vnico tuæ in Ecclesiam charitatis testimonio à Turca extorto, ea gloria floreres, quam nulla temporis circumscriptio metietur: & ea virtutis fama vigeres, quam ipsa immortalites excipiet, seu potius quæ ipsam immortalitatem exhauriet: vt si ego reliquas tuas laudes oratione mea terminare conarer: Choræbi profecto personam viderer induisse, qui maris longe lateq; patentis infinitas agitationes certo numero comprehendere aggressus fuerit.

Dixi.

RO-

ROBERTI TVRNERI CANONICI VVRATILAVIENSIS Oratio IV. De Religionis cura, Principis propria. In aula Academia, ad Augustos Principes, Episcopos, Abbates, Præpositos, cæterumque Academicorum nobilissimum & amplissimum consessum, Græcij habita cùm doctiss. & Cl. V. D. Blasius Laubich Prutenus, Augustorum fratrum, Leopoldi & Caroli, Præceptor, à Cancellario Academiæ Græcēsis amplissimo ad lauream Theologicam, quam scholæ vocant Licentiam, sisteretur, Anno 1599. 3. Idus Maias.

Dicam hodiè (Augustissimi, Illustrissimi, Reuerendissimi, Doctissimi Auditores) tantum vnum, scilicet nullam curam tam propriam esse Principis, quam religionem, & hoc vnum vno pene verbo dicam. Quid miramini? narrationem simplicem? Theologus sum, non Orator: Nullum exordium? exordium fucus est & cincinnus: varitas verò, tanquam virgo concessui huic intelligo omnia, & pure vult se hodie sistere visendam sine fuco & cincinno. Sed vt rideatis, non miremini tantùm, hoc quicquid excuso, exordiũ est, quod post narrationem & ex narratione plenè exit: præter artem fortasse sed certè non contra artem. Nam Libanius, qui ætatem mentisque contentionem in artis diuitijs delicijsq; conquirendis fixit totam, orationis partibus partes ita infudit apteq; inseruit, vt Athenæ ipse quibus eloquētiæ non neruũ tantum, sed etiam florem debemus, rectè iudicarint, id in Libanij oratione fuisse artificiosus primum aut extremũ, non quod schola prescripsit, sed quod ipso digito posuit aut iudicio disposuit. Quanquam quid requiritis à me artem, palatino potiùs quàm Academico? fuit ætas, quondam illa Duaci, Parisijs, Ingolstadij florens,

florens, cum & placeret oratio; vel lita lumine, vel opacata vmbra, vel interstincta colore, &, ex hac luminis, vmbræ, coloris varietate, concionis ocellum, surrisum, susurrum ambitiose fortè aucuparer. Verum hac ætate præcipitatâ, & penè extremâ, cùm cadat vox, fluat memoria, caligent oculi, torpeant manus, reliqua membra, quibus actio orationis animula continetur, langueſcant omnia; rideo certè rideo ipse me, non sponte, sed blanduli verbi, tanquam pharmaci Cyrcæi, propinatu, à palatio ad Academiam, id est, à quiete Musæi ad Cathedræ iactationem punctulo translatum. At ne quis me possit iustè, vt Seneca Furium, reprehendere, quasi nunquam magis aut palatinum quam in Academia, aut Academicum quàm in palatio, sic moderabor orationi meæ, & possim videri & palatinis quod de Principe dico, serio palatinus, & Academicis, quod de Principe Christiano, non ineptè Academicus. Res ipsa; & clementia Augustæ genti insita, facient, vt Augusti Principes, Maximus AEmilianus, Leopoldus, Carolus, faciles & libentes audiant. A reliquis auditoribus palatinus in Academia, narratio ante exordium, ars præter artem, & vna res, illa sanè maxima, vno verbo perstricta, facile impetrabunt; vt si nolint attendere, abeant mox hinc Athenas, non ad Libanios, sed ad putidulos illos Rhetores audiendos, qui nihil grauius contra artem peccant, quam quod omnia ad artem dicunt.

Extenuatio.

Quæ nos ætas dij deæque! quæ nos ætas habet? Non satis illi ad labem, æternamque maculam collegisse, distincteque numerasse Lutheranæ factionis quadraginta, Caluinianæ triginta, tres, diuersas aduersasque sententias, & aliam infinitam scelerum errorumque segetem ad inferni messem protulisse; nisi apertè eat in secessionem à cœlo & Deo ipso. Nam inuenit illa iam primum, omnibus omnem religionem ad salutem esse obuiam, nec hanc curam pertinere vlla

parte

parte ad principem. Triumpha inferne, iô triumpha. nam hæc factio, heri ex Luthero, tanquam muſca ex ſimo nata, dum religionem à ſolio, tanquam animam à corpore ſegregat, facitque ſolium ſine religione, tanquam corpus ſine anima penitus truncum: tui certè imperij pomœria, longè, latè, ſumma facilitate, profert. Chriſtus aliter. Nam cum ſatis intelligeret fruſtra ſe pœnis ſuis primam noxam piaſſe, niſi ad conſequentis vitæ noxas vel eluendas, ſi concipiantur, vel cauendas, ne concipiantur, ſolio religionem quaſi animam vinciret, quaſi magiſtram præficeret: pro æterna ſua ſapientia illam mox iubebat, ſcribebatque omnibus legem; primum quærite regnum non mundi ſed Dei. Reliqua, mundus, ſolium, maieſtas, palatia, diuitiæ appendices erunt, aut (Vt ſacro vtar verbo) adijcientur vobis ⁝ Si regno Dei, id eſt, Eccleſiæ maieſtas regni terreni debeat mandatu Chriſti, vel inniti tanquam fundamento appendix, vel illigari tanquam corpori anima, vel ſubſeruire tanquam pediſſe qua dominæ ⁝ illos, qui toti ſunt in eo vt hæc compago ſoluatur, merito quis dixerit docere ſummam paganitatis, ſed ſtultæ paganitatis. Nam Paganitas prudens ſiue Romana illa ſiue Græca quæ rationem tanquam ſcintillam ex medio cinere obſcurè ante Chriſtum, pellucentem ſecuta eſt, nihil vnquam iuſſit ſolennius, nihil ſeruauit ſanctius, quam ne peregrini dij, peregrini ritus irrepant, veteriſque reip. vel faciem deforment, vel diſciplinam euertant. Etſi vſu nondum comperterant illi ſatis, vi tamen naturæ tanquam filo, ducebantur eo vt ſtatuerent nouam religionem inferre in rempub. nouam diſciplinam, nouam vitam, nouam legem, noua omnia. Paulus clarè dicit & ſine circuitione, translato ſacerdotio, fore translationem legis, atque quod dicit Paulus, id & memoria præterita, & ætas ſemper conſequens comprobauit Iobus; Aaron, Melchiſedech,

Veram religionem imprimis eſſe neceſſariam.

Translatio Sacerdotij translationē infert legis.

Christus, etsi, æternæ prouidentiæ præscripto, sin
subirent alter alterius in locum, vt priorem posterior
non euerteret, sed prior posteriorem innueret, essen
que perpulchra ordinis descriptione, & præcedentes
Christo via, & Christus finis formaque præcedenti
bus: tamen quoties mutata est forma sacerdotij, to
ties mutabantur modus vitæ, legum ratio, alia peni
reip. omnia. Visne clariùs? Tanta vis sacerdotio tan
quam diuinitatis expressioni indita est è cœlo, vt bo
num bonam, & malum hypocriseosque falso colore
illitum rempub. faciat malam, omnisque probri ple
nam. De Anglia, quamdiu illa perstitit in vestigio
priscæ formæ, scribitur, & ab ijs, qui eam intimè no
rant, nihil orbem habuisse aut clero vinctius, aut Aca
demia doctius, aut fœmina castius, aut viro sincerius,
aut repub. ipsa pulchrius. At postquam Caluinum au
dijt noui mysterij mysten, exijt cleri ordo in sycо
phantiam, Academiæ doctrinæ in linguam, & facta
sunt fœminæ tàm viliter propudia, vt emant iam non
vendant noctes, & viri tam impudenter latrones, vt
rapiam ducant quæstui, cædem gloriæ. Quæ forma
reipub? non ratio, abijt: non lex cessit: non religio, exu
lauit. Quæ tandem forma reipub? Vna fœmina di
cam an furia, cui illa trita vox, misce Galliam, turba
Flandriam, perde Scotiam, vt Anglia sola stet, & mihi
quieta stet, si tamen diu possit illa stare sic sola, aut
tibi stare sic tyrannæ, aut quieta stare, sic turbatrix, sit
turbata Gallia perdidisti antiquam tuam faciem, pe
nè dixeram virtutem & ex Caluino est, cur perdi
disti. Nam postquam tua venæ nouo huius presby
terio (sic hæresis vult dici) tanquam veneno plenæ
erant, ita tabuisti tota, vt nec tueretur sanguis Mar
tyrum tuam religionem, ne pallidula: nec Acade
miarum splendor doctrinam, ne flaccida: nec victo
riarum palmæ gloriam, ne vanida: nec discriptio
legum rempub, ne occidua videretur & penè mortua.

Angliæ mira metamorph.

Item Galliæ.

Ger-

Germania noſtra, non aliam forſan rempub. ſol vidit maiorem aut meliorem. Tot Principes, quaſi Reges, tot ciuitates quaſi Principes, facile eſt, vt defluant in factiones, irritati alter alterius offenſione aut æmulatione: eos tamen vinxit religio priſca, & Spira religionis neruo ſub Cæſare freta, omnes fecit ita vnum, vt nunquam legeretur aut corpus ex multis tàm liberè vnum, quam Germania, aut caput in corpore ſic vno tàm ſolide monarchicum, quàm Cæſar. Hæc tamen imperij ſiue maieſtas, ſiue firmitas, dum abijt poſt Lutherum, abijt (lachrymæ, lachrimæ?) abijt penè in fauillam. Quare, cum non Paulus ſolus, ſed certiſſima exempla in auribus, oculiſque noſtris defigant, ex labe fidei labem ſemper exire reipub. plumbeus ſit ille, non in Euangelio tantùm, ſed etiam in natura, qui neget vllam curam tam propriam Principis, quam ipſam religionem. Memini me vi- *Comparatio.*
diſſe Romæ, & Florentiæ ſtatuas, ſpecie hominis benè magni, longas, latas, omni opere & numero ita elegantes, vt in viua corporeatura nec venulæ turgeant liuidiùs, nec oculi molliùs moueant, nec color nunc lacteus, nunc rubicundulus aptius fluat. Denique omnia ſunt viuæ, niſi quod non habeant vitam, ſed cieantur, ſi cieantur, motu non ſuo ſed alieno. Tange inclinant; impelle, cadunt; lacera, ſordent luto intus farctæ & ſtramine. Principes Chriſtiani, qui in Chriſti cauſa frigent, mihi ſemper viſi ſunt habere inſtar harum ſtatuarum. Tincti ſunt aqua Chriſti, conſecrati nomine Chriſti, inclusi in Eccleſiam Chriſti: quid præterea? omnia dicuntur Chriſti. Iurares certè vt Romanas illas aut Florentinas ſtatuas viuos homines, niſi tangeres, ſic iſtos Principes, veros Chriſtianos niſi probares. Petit Turca? timent. Vitium inualuit? rident. Hæreſis dominatur in templis, torpent? Chriſti honori aut cauſæ perit hilum? Hilum dicunt eſſe, de quo Principem, non

æquum est, mouere digitum: hilum, inquiunt, Christi quicquid est, præ eo Papæ, Cæsares, Reges, principes, nihil estis. Non æquum, pro hilo Christi, mouere digitum? statuas puta Christianorum, sine vita, sine motu cælesti, mundo vitioque, tanquam luto & stramine tantùm infarctas. Nam si eos amauisset Christus, pro hilo Christi, si quid tamen Christi debeat censeri hilum maria, terram cœlum miscerent, mallentque tenuicula re Christi vindicata, mori; quam, læsa violataque viuere. Constantini, Theodosij, Iouiniani, Martiani fuistis, ô nomina, ô numina, fuistis. Incalui, incalui (Auditores) à nominibus horum Cæsarum qui à mea parte sunt omnes, adduntque orationi meæ momentum, non tàm quòd magni, quàm quòd pij; quanquam non alia magis re erant magni, quàm quòd pij. Quippe Constantinus, lustratus iamè cœlo, nihil habuit prius quàm neruos Paganitatis elidere, Christianitatis firmare, solideque constituere. Theodosij nescio religio solio, an solium, religioni debebat magis: id verò scio simul & eum immissum in solium, & è Constantinopoli electum Arrium, qui populo Catholico templa & templorum vsum quadraginta plus minus annos sacrilegè intercepit. Iouinianus dictus Imperator diem mox dixit idolis, & quæ fixerat Iulianus Apostata, euertit vniuersa, Catholicos reuocauit, Ecclesias asseruit. Martianus collocatus in solio non prius conquieuit, quàm Apollinarem & Eutichen eradicarat, interpretatusque est, per reliquam vitam, imperium, fortunæ donum; hæreticos eradicatos, gratiæ meritum, & ex pia voce adeptus est Pij cognomen. Nihilnè hic inspergo ex sacro fonte? adfundo non inspergo tantùm. Edixit Israeli Deus, ne habeat non dico communionem, sed pacem vnquam cum Amalecho. Triumphati Aegyptij à Mose, Acham à Iosua, Golias à Dauide, alij ab Asa; triumphati, & à stirpe euulsi omnes ob vnam Dei iniuriam, quòd aut

Sanctorum imagines si animatæ ab hæreticis vltionem sumerent.

Amplif. ab exemplis sacris.

cole-

colerent idola', aut aliam errorum segetem sererent. Quid dubitas de euellendis Hæreticis ? Amalechus, Aegyptij, Acham, Golias erant singuli imagines viuæque expressiones hæreticorum, qui hodie induti nomen Christi, veram Christi religionem falsis criminibus obterunt. At fert nostra ætas Iudæos. Hactenus si Christum non polluant ore sacrilego, & Christianam rem vitij & conuitij sui immunem præstent. Si contra hanc legem veniant, vide eos in Hispania, Lusitania, Gallia, Anglia eradicatos, non punitos tantum. Atq; cùm vis cœlestis, quæ Iudæorum quondam & factum zeli, & verbum impleuit energiæ, ita perierit iam tota, vt nulli hactenus Catholicæ communionis Catholico audiantur aut legantur suæ superstitionis scabiem adfricuisse : debent illi, in nullo contagionis periculo, non solùm ferri, sed, si defluant ad alias partes, in communionem adsciſci, vindices & rigidè custodes earum prophetiarum, quibus pugnamus & expugnamus, Christum esse Messiam, esse Deum, esse nostrum. Hæretici æquè, inquis, ferendi. Cui rei? lepra sunt, inficiunt; pestis sunt, conficiunt. Sacras fortè litteras seruant integras à labe. Seruant? demunt, addunt, aut aliam semper lituram de suo inspergunt. Neque est cur quisquam defendat, eos viuere Christum: viuunt Bacchum, Venerem, & quicquid sensus iubet, docentque quæ Stoa potius dicit quàm probat, fatum, voluntatis in vnam partem necessariam vim, Deum authorem peccati, dicti, facti nullam mercedem, nullam pœnam, & sexcenta huius generis, quæ disciplinæ religionis, virtutis, reipublicæ incidunt singula neruos. Qui sic docent, viuent illi Christum? viuent illi Christum, quibus disciplina est stultitia, religio superstitio, virtus somnium, resp. nomen Christiani tamen dici volunt, non certè vt huius nominis vi sint ipsi meliores, sed vt nominis liquore tanquam melle conditores facilius in mentes rudio-

Hæretici quod sentiunt docent.

rum influant. At certè quo se dicunt Philosophiæ Christianæ tenaciores, eo illi paginâ magis quàm Philosophiâ vitâ Christianitatis fundamenta altius conuellunt. Id Christus innuit. Nam cum sciret tyrannos & falsos Prophetas miseris maximè exemplis vexaturos Ecclesiam, suis hos sic cauit, illos sic contempsit vt facile videas tyrannos præ falsis Prophetis in Ecclesiæ vlcere esse oleum, aut si quid oleo lenius. Si tyranni incursent, quid cauet? contemnit eos, tanquam floccum, aut rem indignam sua cura. Nolite, inquit, timere, occidunt corpora, At à falsis prophetis iubet, vt caueas. Cur tandem? potestatem habent occidendi animas. De grandi periculo grandis cura: cauete, inquit, à falsis Prophetis, qui non corpus, labem terræ sed animam opus Dei, curam cœli perdunt, & æternum perdunt. Vnde ascensurus in cœlum, dum prouidet pius pater omnia omnibus, non centuriauit milites, qui à gladijs, telis, reliqua tyrannide corpora vindicarent: sed ne mentes vt corporum diuisione multæ, sic charitatis communione vnæ, abirent in partes, opinionumque ventis, quos priuati cerebri superbia efflauit, agerentur, cauit omni cura, &, ad hanc curam exprimendam, Apostolos, Euangelistas, Pastores, Doctores, quasi in perpetua vigilia collocauit. Quid? vni turmæ tot centurias, opponendas? non quasi aut Doctores, aut Pastores, aut Euangelistæ aut Apostoli non satis sint separatim vilitati hæreticæ premendæ, sed vt intelligatur ex apparatu belli cura Dei, ex cura Dei insidiæ hostis, ex insidijs hostis periculum summum. Quare cum ex hæreticis plurima ad remp. permânet pestis, commoditas nulla, premendæque hæreseos exquisitissimam diligentiam Deus ostenderit sibi curæ esse: princeps certè, qui hanc curam Dei sedulò curat, non potest non esse plenus, vt zeli, sic laudis & gloriæ: quid laudem & gloriam inculco? Principes, si Dei

Tyran. contemnendi, & falsi prophetæ cauendi.

Gradatio.

hanc

hanc curam magnam deserant, nulla alia laude consequentur, vt eos non censeat & terra ignauos, & cœlum in Deum impiè ingratos. Princeps, quicquid est, Dei est, expressio Dei, vicarius Dei, vindex Dei; & à Deo habet, vt sit melior expressio, prudentiam; vt verior vicarius, solium; vt fortior vindex, gladios, prouincias, subditos. Pro tot beneficijs quid exigit à Principe Deus? vt sinat animas, sui sanguinis pretium, suæ prouidentiæ curam, sibi curæ esse: vt Apostolis spiritum, Euangelistis calamum, pastoribus laborem, doctoribus sinat vocem liberè ad salutem animarum fluere. Tantis beneficijs tantulum non reponet? Expressio Dei in re Dei erit obscura? negligentia. Vicarius Dei in cura Dei erit incurius? torpor. Iudex Dei in causa Dei erit taciturnus? perfidia. Vindex Dei in fide Dei erit languidus? impietas. Accusabunt certè Principem, quicunque ille est, in extremo illo & horrifico die prudentia, solium, authoritas, gladij, subditi, si hæc instrumenta à Deo sibi data ad iustitiam, in fide, id est, cura Dei sinat esse otiosa. Non desunt tamen, qui in Principibus desiderant aliquid nescio quid, quasi dum Hæreticos turbant, ipsi se cum hæreticis etiam turbent, & periculum adeant non necessarium. Isti dupliciter, Auditores, peccant, & quod putant memorabile facinus posse sine periculo fieri, & quòd periculum, in hæreticis, tanquam quisquilijs eradicandis, statuunt non necessarium. Pulchrè Alcibiades, Principem præferre speciem hortulani: at hortulanus, vt bonus sit, officijque sui numerum perfectè impleat, non solùm plantare, seminare, sed quisquilias etiam succrescentes euellere debet. Adde, Principem bonum etiam pastorem esse, id qnod non solùm Homerus, qui cœcus plus in arte & natura vidit, quàm Poëtarum & Philosophorum oculi omnes, in suo Agamemnone notauit, sed sacra etiam pagina in Dauide desertè loquitur. Posuit Deus pascere Iacob seruum suum, &

Dictum Alcibiadis de Principibus.

Israel hæreditatem suam. Si non satis forsan intelligitis, explico. Effigies est Iacob, serui, qui coactus Israel, filij & hæredis, qui libens patris nutum sequitur & imperium. Dauid ergo, & princeps, & forma posteritati Principis, nisi Israel filium sponte amoris inclinantem teneat, ac Iacob seruum proterue declinantem cogat intra officij lineam, næ ille proditi officij & hæreditatis cœlestis dissipatæ pœnas Deo persoluet, perenni, vel viuus lachrymâ, vel mortuus flammâ. Quare Dauid verus vt ostenderet Principibus, qui erant, qui erunt, hæreditatem Dei contra hostes Dei, si ingruant, quouis periculo redimendam, contempsit Golias. Contempsit tantum? contempsit & strauit. Constantinus, Theodosius, Quadus, & reliqui suæ quisque ætatis Dauides: si post pericula habuissent Ecclesiam & Deum: habuissent certè illæ ætates Arrium, Eutychen, Manichæum, alios Ecclesiæ non perturbatores solos, sed etiam euersores. Pericula parua paruos & minuti animi viros, tanquam laruæ pueros, terrent ponuntque extra se: at illi, quibus altitudo mentis è cœlo est, pericula grandia (ausim sic dicere) terrent potius, quam timent, gaudentque Dauides Goliarum, Phylisteorum Samsones, Machabæi Hiericheorum, Iuditæ Holofernorum, magni magnorum aggressu & obtritu, id est, ex periculis potiùs sumunt, quam dimittunt animos. Hæc contra Catholicos, qui in causa Dei cum deberent esse leones, videntur lepores, impieque volunt Catholicos Principes zelo præuorti ab ijs, qui studentibus. Hæretici vero, si qui inculcant Catholicorum Principum pericula, ridendi potiùs sunt, quàm refutandi. Nam rudiorem hanc Lutheri, aut Caluini illam paulò dulciorem fistulam qui libentes audiunt, hi sanè in viculis & pagis, quos Principum Catholicorum liberalitate habent vniuersos, ne vnum quidem vni Catholico angulum liberum & immunem sinunt,

Catholici in causa Dei Leones non lepores videri debent.

sinunt. Qui sic agunt pro suo Luthero, exigent illi à Principe Catholico, vt tepidius agat pro suo Christo? frons non solum perfricta es his, sed abiisti tota. Qui ne rusticum quidem Catholicum in suæ terræ vestigio ferunt, aut si ferant, vexant, multant, aliis exemplis misere atterunt, inique, non stulte tantum requirunt à Catholicis Principibus, vt minus adferant animorum ad Ecclesiæ pomœria proferenda, quam ad propagandam sectam illi: qui illi? factio Lutheri factio, contra Ecclesiam factio, factio factionum post Christum natum stultissima, iniquissima, ac sane à ratione & verbo (quod ostentant) desertissima.

Hæretici ne rusticũ Cathol. ferunt.

Quod de Principe hactenus (Auditores) dixi, aut verbulo potius, tanquam obscure colore inumbraui, id magis intelligi vellem de Sacerdote. Nam vt veteribus, quos Moyses adstrinxit lege, regnum dicebatur sacerdotale, quasi sacerdotium tunc sequeretur regnum & sanguinem; sic nobis qui Christi viam vitamq; liberi insistimus, sacerdotium dicitur regale, quasi sanguis & regnum iam essent tota in nutu sacerdotij. Si zelus contra hæresim, zelus pro domo Dei, in Principe, hoc tempore, debeat nitere: in Sacerdote certè debet ille splendere, & ita splendere, vt Sacerdotem reliquis virtutibus insignem, & zeli expertem, putem vmbram: zelo incensum & aliarum virtutum notas obscurè preferentem censeam tamen candelam in Ecclesia, aut potius solem. Quare admodum Reuerende & Doctissime Cancellarie cum partium mearum sit, hodie Blasium Laubichium sistere tibi probatum, satis ego tibi, æquissimo sane iudici, videar probasse hominem, si illam de eo communem omnium vocem subiecero: Quicquid est, zelus est. Aliud vide, aliud longe maximum. Si Plato, ille qui omnem humanæ sapientiæ numerum impleuit, recte dixerit, suum cuique opus diligi, domum architecto, quod ipse fabricatus est; pecuniam auaro, quod ipse in arcam condiderit; alij aliud, quod ipse fecerit;

Inuersio.

Platonis dictum.

cerit: non potes non amare & ornare Blasium, tuæ Societatis opus. Nam Patres tui Braunsbergæ in Brussi primam eius ætatem, tanquam semen, in Academiæ sui hortum inseruerũt, insitum poëseos dulci rore insperserunt, Olomutijq; postea in Morauia Rhetorices & Philosophiæ fontibus irrigatum viderunt huius ordinis primum germen. Hunc tuo, doctissime Kleini, tuorumq; collegarum rigatu, runcatu, fotu factum ex Olomucensi germine floremGræcensem (si velis iuste cum Platone & ad præscriptum naturæ) debes in Licentiæ cathedra, tanquam monte, ad spectaculum collocare, opus non societatis tantum tuæ, sed etiam tuum. At quantum opus? quod Augusta Maria gemma Germaniæ, Austriæ & Bauariæ, duarum sanctissimarum & fœlicissimarum gentium miscella & quidam quasi cinnus, amor Poloniæ, Italiæ stupor, orbis propter tam multam & fœlicem prolem fœlicitas, tanquam Phidiæ signum semel & inspexit & probauit: atque ita probauit, vt in eius fide probitateq; Augustum Leopoldum, spem vrbis, vellet latere, & quasi peroportuna statione confidere. Quemadmodum nulli placere, est stoliditas, omnibus, peccatum: sic Principibus placere viris, maxima laus est, & prudentiæ laus est. Te, doctissime Blasi, meum etiam hodie factum amore, qui non satis possum laudare, monebo tamen, memineris quod quemadmodum nihil erat fuisse semen, nisi exires germen, nec germen, nisi flos vireres: sic ridiculum erit, te fuisse florem, nisi ad cœli messem flaueſcas. Eccum, Magnifice Cancellarie, supra alias virtutes, modestum tuum Blasium; firmiori enim fronte fert se moneri, quàm laudari. Vin' pluro? possum in hoc genere infinita: sed probatus iam ille tibi non solum scholæ tuæ semen, germen, flos, opus, sed etiam (vt vtar Theologus theologa voce) zelotes, prudens, modestus, cum de se non velit plura dici: tu etiam pro tua æquitate facile feres, vt illud Rhetorum vsurpem, *Dixi.*

ROBER-

ROBERTI TVRNERI
ORATIO V. AD SERENISSIMVM Principem Bauariæ Wilhelmum, Ingolstadij.

OMnis res, Sereniſsime Princeps, quæ habet vel commendationem ab arte, vel dignitatem à natura, creſcit ſplendetq; magis loci maieſtate. Videtur Sol pulchrior, quod in cœlo; gemma pretioſior, quod in auro; oculus nitidior, quod in capite; religio præſtantior, quod in Principe, tanquam ſolio reſideat. Religio, Sereniſsime, in aliis ſi niteat, nitet ſua vi; at in Principe accipit à perſona ſplendorem, à loco altitudinem. Vnde nihil mirum, ſi tuæ religionis vis, illa ſit, quæ poſsit nec obrui tenebris, quia ſplendida: nec coërceri anguſtiis, quia alta. Non ſatis fuit tuæ virtuti & religioni, ſparſiſſe per Bauariam ſemina virtutis & religionis: tua virtus ſumma eſt, debet ſpargi: tua religio vehemens eſt, vult manare ad alios, & quadam naturæ tuæ bonitate ad nos vult manare, ita vndique vel diſsimiles loco, vel preſſos anguſtiis, vt nec meriti ſimus tantum, nec poſsimus mereri de tanto. Quo minus aut meremur, aut mereri poſſumus, eo diuinior tua religionis vis, quæ ex alpium latebris remotis illis quidem & reconditis eruis Benedictos, Bernardos, Silueſtros, quibus benefacias: nec curas quibus, ſed quid agas. De hoc beneficio nec ago gratias, ne infinite; nec laudo, ne inepte; nec hortor, ne ſtulte videar dixiſſe, & præter normam. Tantum profiteor meo aliorumq; qui in hoc Collegio ſub tua vel ala, vel nutu ſtudent, Religioſorum nomine hanc hodiernam veſtram humanitatem de nobis viſendis, tanquam virtutem non natam inter homines, ſed è cælo lapſam, à Deoq; quaſi decerptam, ſilentio veneraturos: tan-

Pulchrior in ſuo ſubiecto appareat res, quã extra

tantumne? etiam Deum, in cuius manu est via & vita Principum, rogabimus seriò, perpetuò, suppliciter, de beneficiis in nos collatis, has vestes nostras, has patientias, hos pileos, denique reliqua omnia nostra ornamenta intexat quasi gemmas illi coronæ, quam tibi in cælo imponet, de exemplo splendidam, de pietate auream, de religione summam. *Dixi.*

ROBERTI TVRNERI ORATIO VI. NOMINE SERENISSIMI Principis Guilielmi Comitis Palatini Rheni, vtriusque Bauariæ Ducis, &c. habita ad reuerendos, generosos, ac honoratissimos Ecclesiæ Leodiensis Dominos.

AMor (R.G.DD.) siue qui fictus à Poëtis agitat furore, siue qui delibatus è cælo afflat spiritu, solet, quicquid agit, aut infra rem agere, aut supra opinionem: nihil agnoscit moderati, nihil certi, omnia turbat, omnia miscet: in vna tantum re habet legem, quod nulla lege aut potest aut vult deuinciri. monstrum videor loqui, sed monstrum non est, amor est, quicquid loquor: atque vt id, quod dico, videatis conspirare cum veritate maxime, cogitate nihil esse sanctius, nihil diuinius illo amore, qui grato animo proficiscitur, & tamen hic grati animi amor, ita alget, ardet, ita stupet, acuitur, ita currit, subsistit, ita vacillat, hæret, quo videatur sincerius, vt qui re non fuerit gratus, is nunquam aut difficulter sane collegerit ex tam dissidenti notione verum amoris sensum, quæ animi motio si quem vnquam affecerit, affecit maxime Serenissimum Principem Dominum Gulielmum Comitem Palatinum Rheni, vtriusque Bauariæ Ducem, Dominum

Vero amore nihil sanctius, &c

minum Patronum nostrum longe benignissimum, qui vt certum aliquod certi amoris indicium edat de hoc huius Ecclesiæ summo honore à vobis in illustrissimum fratrem collato, ita agit omnia, vt nihil tamen videatur agere, ita nihil videtur agere, vt omnia tamen agat: quare etsi fortasse prudentiæ fuisset, amorem, quem dicendo nunquam consequaris, supprimere tamen cum omnes consuetudinis vel antiquitate imbuti, vel peruersitate infecti amorem velint exprimi, non velint supprimi, voluit prudentissimus noster Princeps vobis à me dici se amare vestram, in dilectissimum fratrem insignem voluntatem: sed tam breuiter voluit à me dici, vt facile colligatis, velle eum, quæri non ex oratione eloquentiæ, sed ex breuitate, prudentiæ laudem: quare impertite mihi modici temporis vsuram, & ego vobis explicabo perpetui temporis amorem, qui debet videri iucundus, non tam quod est infusus in vos, quam quod est effusus ab eo Principe, quo nihil vidit Sol benignus, nihil religiosius habet terra. *Attentio.*

In hoc officio siue beneficio quod in illustrissimum Principem Ernestum contulistis, etsi omnia videat Princeps noster, quæ amet: tamen vult intelligi, se non tam amare, quod feciſtis eum Comitem, natus enim fuit Dux: nec quod creastis eum nouum Ducem, renunciatus enim fuit Episcopus: nec quod eum auxistis nouo Episcopatu, dignus enim fuit omnis infulę omni honore: quam quod natum Ducem; creatum Episcopum, ita nouo Ducis, nouo Episcopi amplificastis honore, vt vestro iudicio videat dignus hoc, videatur dignus illo: nam non omnis honor omnem ornat, sed quo quisque est dignus maxime, is eum ornat maxime: quem virtutis fructum voluistis libari, decerpi ab illustrissimo Ernesto, cum eum vocastis ac prouocastis, vt esset Episcopus Leodiensis: vnde cum hac circumstantia augeatur vestrum in Principem Ernestum officium, augetur quoque Principis nostri in vos sincerus amor.

Sed

Sed vt res hæc nullo externo pigmento aut fuco illita & mihi auferat adulationis speciem, & vobis adferat summi beneficij summam laudem, colligamus omnes circumstantias. Decreuistis Principi Ernesto honorem Sedis: cuius? opimæ optimæ, loquitur res ipsa decreuistis homines: qui? Leodienses, id est, iudicio, ingenioq, præstantissimi: produnt historiæ: decreuistis tempore: quo? nolo dicere, ne tubarum ac turbarum strepitu contaminem hodiernæ diei lætitiam: decreuistis gratulantibus: quibus? orbis summo Pontifice communi Patre, Serenissimo Bauariæ Duce, vestro amico: quæ omnia tantum faciunt ad huius honoris amplificationem, vt cogar exclamare, ô fœlicem Principem Ernestum à vobis factum Episcopum Leodiensem, in cuius summam laudem conspirarunt tempus, locus, populus, Deus, Pontifex, Dux, atque ita conspirarunt, vt si Deus hanc Principi Ernesto lauream non seruasset, non videretur prouidus: si non imposuisset populus, non videretur prudens: si non nexuissent tempus, locus, non videretur facta ad normam: si non gratularentur summi Principes, non viderentur humani: sed cum sint humani summi Principes, facta ad normam tempus, locus, populus prudens, prouidus Deus, hanc lauream Reuerendissimo Ernesto seruarunt, nexauerunt, imposuerunt omnes, idq; tanto cum iudicio, vt singuli non tam gratularentur illi in honore, quam vobis in officio, etsi naturę vis sit tanta, vt cum Princeps noster maxime nolit, irrepat in dictionem grata sui fratris memoria, tamen vestri officij tanta est laus, vt si Principis nostri amorem non communi trutina, sed iudicij, tanquam aurificis statera, examinaueritis, vix ac ne vix quidem posſitis statuere, magisne amet in Ecclesia Leodiensi Episcopum fratrem, an in Episcopo fratre Ecclesiam Leodiensem: quare cum amor hic varius ac multiplex in duas se fundat partes, hunc in fratrem pie, inde in Ecclesiam Leodiensem a-

micę;

mice, si quando implicem ac permisceam officium cum natura, amorem vestrum cum amore fraterno, id conor efficere, vt vel ex duplici amore vnus amoris quasi cinnus aptus sit ac perpulchre mistus, vel Principis nostri amor totus ex illustrissimo Ernesto effluat tanquam fratre, in vos influat tanquam amicos, aut, ad coniunctionem firmius, ex illo effluat tanquam capite, in vos influat tanquam membra.

ROBERTI TVRNERI
ORATIO VII.

Dij omnia laboribus vendunt.

CVm in omnia, quę huius fabricæ complexu coërcentur, mentis meæ aciem intendo, singulas quæ tantæ molitionis fabricator Deus nutu potius quam opera, Numine potius quam labore conglutinauit, animo comprehendo, mihi videre videor quandam effigiem & formam tanquam penicillo depictam, ad quam tanquam exemplar Deus omnes actiones nostras voluit effingi. Nam dum cœlum motione quadam concitatissime contortum, laboreq́; sempiterno agitatum, dum terram nihil fundentem, nisi immensus hominis bouisq́; labor prius accesserit, dum hominem, quem natura ingenj acumine illustrauit, & mentis diuino munere cumulauit, non solum in grauioribus hebescentem, sed in leuioribus nonnunquam claudicantem, nisi in vi splendoreq́; ingenij sui doctrina exornando, eloquentia poliendo, humanitateq́; quasi informando omnes laboris industriæq́; suæ neruos intenderit, dum nihil, in quamcunque partem mentis meæ vim intelligentiæq́; notionem infixerim, vel

Ad Dei opeea omnes actiones nostræ dirigēdæ.

vel fœliciter ad humani generis vtilitatem inuentum, vel ſuauiter ad voluptatum aſcitum, vel cumulate ad decus perfectum video, quod non labor in penitiſſimis naturę receſsibus prius reconditum in lucem eruerit: ſed vt lynceus perſpicio Deum in omnibus rebus id agere, vt nobis inſculptat nihil non dico laudabiliter perfici, ſed ne ſapienter quidam cogitari ſine labore, mentisq; intentiſsima cura poſſe. Vnde admiror fuiſſe quoddam genus hominum tam tetrum, immane, turpiſsimisq; omnium flagitiorum maculis aſperſum, quod fœlicitatem voluptate, otio & deſidia definiret & metiretur, dum Deum otio marceſcentem, nulloq; labore (ſic loquuntur) implicatum ſomniant Deum capite quaſi oppugnare, & diuinam prudentiam, qua omnia vinxit & coagmentauit; iuſtitiam, qua vniuerſa temperat & regit: prudentiam, qua ſingula conſtrinxit, communioneq; quadam amicitiæ deuinxit, non tam conuitio violare, & proſcindere, quàm ex medio tollere videretur. Nam ſi in voluptate tanquam in ſcopo vltimo à natura præfinito noſtræ actiones debent hærere, iniuſtitiæ labe eſſet notandus Deus, qui nos doloris aculeis configit: ſi tum fœlicitatis cumulum conſecuti ſimus, quando otio obtorpeſcimus, quid Deo aut dici aut fingi poteſt crudelius, qui laboribus nos infeſtat? ſi deſidia in rebus humanis primas tenet, incogitantiæ nota ſupremo Numini eſt inurenda, quod omnem ſuauitatem amaritudine tanquam ſale interſperſit, omnemq; voluptatem ſiue ex honore ſiue ex eruditione in mentes noſtras effluat & illabatur, dolore contaminauit. Sed cum illa excellens præſtansq; natura, ita omnibus bonis vndequaque circumfluat, omniq; perfectionis genere cumulatè inſignitur, ita vt nulla in eius vel actionibus macula, vel cogitatione error vnquam inhæſerit, num quid tetrius quam tantæ naturæ, vel tenuiſsimam iniuſtitiæ aut erroris ſordem aſpergere? Epicureum repellamus, vt

Refutatio opinionis quorundam peruerſæ.

Philo-

Philosophiæ labem ; fugiamus , vt virtutis pestem, menteq; auersemur, vt omnium flagitiorum cœnum: illamq; sententiam, quam natura nobis indidit & impressit, dies confirmauit: naturam quid cogito? diem quid dico? quam Deus nobis instillauit, qui, tantum abest, vt otio aliquid deferat, vt potius omnia velit laboribus infinitis interscpta, & difficultatibus summis intercluſa esse, & (vt triuit sermo prouerbio tanquam syngrapha confirmatus) omnia laboribus vendit, & hasta quasi posita addicit. Quæ sententia tam per se mihi videtur manifeste vera, & enucleate manifesta, vt qui in illa cæcutiat, plumbeus; qui edisserat, otiosus prorsus videri possit. Nam cum & luce meridiana clarius appareat, naturam nihil finxisse vndequaque perfectum, sed vrsino quodam more, omnia effudisse, vel specie horrida, vel turpitudine tetra, vel imbecillitate minuta, vel squalore inquinata, vel fœtore putida, non est quisquam tam tenui cogitatione præditus, aut ab omni humanitate ita auersus, qui non arbitretur numen diuinum vim summam quandam latentem labori indidisse, qui quicquid natura edidit, & in lucem suscepit imperfectum, squalidum, inchoatum: illud ita limet, limatumq; expoliat, vt in omnibus & singulis diuina quædam similitudo videatur eluceſcere: Nam (vt res munitissimas silentio prætersileam) homo, cum hæc fabrica nihil suis cancellis circumscribat homine præclarius, insignius, diuinius, quid, quæso, habet, cum primum (vt Ciceronis vtar verbis) in hoc corporis gurgustio habitare inceperit, quod laudes? quid quod admireris? at potius quod non repellas? quod non detesteris? nam si pulchritudinem spectes, putidissimo pudore omnia inficit, sanguinea tabe vndique squalet, ita vt videatur totus ex turpitudine plus quam belluina concretus, ita vt nihil tetrius: erubesco dicendo. Si fœlicitatem cogites, clamoribus omnia complet, periculis vndiquaque

Quicquid natura imperfecti edidit, id poliuit labor.

implicatus, cum nec vires langueſcentes cibo fulcir
nec pericula imminentia conſilio ſubterfugere, n
malum à bono, ſuaue ab amaro indita naturæ vi inte
noſcere poſsit, ita vt nihil ſit eo abiectius, contremiſc
cogitando. Si prudentiam deſignes, in nullum non g
nus periculi irruit: matrem, in cuius viſceribus miſe
lus incluſus fuerat, labore conficit, angore percellit;
fimo ſuo (proh dolor) tanquam lutulentus ſus volu
tur, vt nihil ſit eo ſtultius, nihil miſerius: perhorreſ
ſcribendo. At vero poſtquam acceſſerit nutricis labo
poſtquam parentum diligentia eius vitam moribu
finxerit, præceptoriſq; induſtria mentem pietate in
buerit, habebis quod admireris, quod ſuſpicias, in qu
obſtupeſcas. Nam membra conformatione quadra
eleganter diſtincta modeſtum, vita omnibus virtu
bus tanquam ſtellulis illuminata pium, lingua el
quentiæ ornamentis, tanquam inſignibus quibuſda
decorata fœlicem, prudentia in naturæ myſteriis i
dagandis, ſagacitas in excutiendis, acumen in decide
dis Deum deſignat, & quaſi loquitur. Quod cum An
charſis triginta iam annorum curriculo in Philoſo
phiæ ſtudiis decurſo pertentaſſet, omnes alios Philoſo
phos tanquam in clariſsimis hebeſcentes, conuitio
rum aculeis compungebat, qui naturam tantis laud
bus ornaſſent: & nobilitaſſent, & in Deos reponeren
cum natura monſtra ederet, labor & induſtria res pe
fecte effingeret. Qui (ſi recte ratiocinemur) rem a
veritatem, tanquam ad calculos diligentius vocaſſ
videtur, quam cæteri omnes patrum memoria Philoſo
phi: nam ſi naturæ potius, quam Deo turpiſsim
Ethniciſmi errore implicati originem affingamus, re
ctius & firmiori rationis momento fulti, laborem
qui omnia perfectione cumulat: quam naturam, qua
omnia inchoata procreat, in Deos referre debemus
Verum cum diuinitas noſtram mentem ſuæ lucis ra
diis illuſtrauit, non eſt cur aut cum Anacharſe labe
re

Anacharſis factũ pulchrũ.

rem in Diuorum numerum cooptemus stupidi, nec cæterorum Philosophorum errore inficiamur miseri, si mediam illam viam & interiectam teramus, vt nihil arbitremur Deum humano generi elargitum fuisse, vel ad fructum vberius, vel ad pulchritudinem splendidius, vel ad necessitatem conuenientius labore, industria, sedulitate. Quod luculentius videbit is, qui ignauiæ labes fraudesq; inexpiabiles mente completus fuerit. Qua quam primum mens humana fuerit obstricta (Christe bone) quas strages edit? quæ flagitia in se admittit? Qui namque ignauiæ extabuerit, in omnia se flagitia ingurgitantem videmus. Mendacio inficitur, nisi manuum callum obduxisset, odio flagrat, inuidia consumitur, Venere contaminatur, perfidia inquinatur: quid multa? omnia tam diuini quam humani Iuris repagula perrumpit, atque adeo tam est prorupta audacia, vt Deum ipsum incesto ore violare, maledicoq; dente insecare conetur, sed quod in Tiberio est videre, qui vt affluentius voluptates hauriret, homines omnibus flagitiis coopertos, & mensæ & vitæ sibi comites asciuit; ita vt palatium eius omnibus tanquam officina quædam nequitiæ pateret, Calphurinum omni Philosophiæ genere insigniter excultum, qui illi leges temperantiæ, iustitiæ, virtutumq; omnium indixit, securi percussit. Faustam thori sibi vinculo copulatam, vt meretricum voluptatibus sese constringendum liberius daret, è medio sustulit. O quantum, & quam fœdum naturæ monstrum oratione depingo? O crudelitatem plus quam Scythicam, non manus à cæde Philosophi cohibuisse scholasticum? ab vxoris sanguine non continuisse maritum? Videte, videte, quanta, quam immania scelera ex desidia, tanquam ex equo Troiano prodierint, ita vt videatur sceleri & flagitio quibus homo vitam suam inquinat, pœna à Deo constituta, indeq; cognoscite, clarissimeq; perspicite (nisi velitis in clarissimis

Ignauiæ fraudes & labes.

cæci esse) quanta vtilitate labor genus humanũ augeat & amplificet: nam res disidẽtes, maximeq; repugnantes, si copulentur, & facta collatione ob oculos simul ponantur, deluceſcent clarius. Quare cum otio nihil sit infestius, cuius peste literæ flaccescunt, Respubl. corruunt, virtutum nerui inciduntur, non est dubitandum quicquid vel terra alit nobile, vel sol videt insigne, non Deus fabricatus est egregium, labore è tenebris in lucem fuisse vindicatum, & ex industria emanasse. Quæ (quæso) illa animorum regina (vt loquitur Cicero) oratio calamistris verborum venusta, ex quo alio fonte effluxit, quam ex labore? Nam cum Lentulus quidam delitiis verborum summo labore conquisitus Dumarchum (vt refert quidam) in fraudem pellexisset, capitis illi mulctam irrogauit Dumarchus, nisi rationem quandam persuadendi descripsisset. Quæ præcepta alij subsecuti diligentius expoliuerunt, vsque dum ad Aristotelis ætatem permanassent, qui eloquentiæ rationem summo cum labore, summaq; mentis commentatione, præceptis & methodo constrixit & illigauit. Cuius artis laude Demosthenem dum audio cæteris omnibus antecellusse, cæterorumq; omnium famam suæ gloriæ splendore obscurasse, id non tribuo ingenio quo polleret mediocri, neque naturæ qua valebat parum, sed labori, diligentiæ, industriæq; antelucanæ, qua (vt inquit Cicero) iniquo animo tulit, si non vicissent opifices. Ideoq; Demosthenis oratio à Pitheo lucernam olere dicebatur, quia nunquam ad rostra & concionem nisi præmeditatus accesit. Nisi in Philosophiæ intimis mysteriis idem industriæ curriculum defixissent Philosophi, Philosophia adhuc tenebris circumfusa fuisset. Quid illa longa Platonis profectio in Aegyptum, summo cum capitis & fortunarum periculo susceptа, quantam lucem Philosophiæ attulit? Nam postquam Aegyptiorum institutioni-

Labor quasi naturæ miraculum.

Demosthenis oratio cur lucerna dicta.

bus

bus fuerat imbutus Plato, nihil in tota Philosophia fuit ita naturæ inuolucris implicatum, ita difficultatibus obstrictum, quod non & ingenio indagarit, & acumine enuclearit, & eloquentia admirabili sua perpoliuerit. Vt nihil de Aristotele dicam, qui viginti annos infinito cum labore, incredibili cum mentis consilio in Philosophia collocarat, priusquam Philosophi nomine fuit insignitus. Sed quid artes & scientias, quarum industria est mater, orationis nostræ filo persequor? quam nunc haberemus Reipubl. capessendæ formam, belli administrandi effigiem, legum dicendarum regulam, medicinæ pertractandæ normam, nisi labor è tenebris eam asseruisset? nulla iam foret. An hisce laudibus laboris vtilitas, suauitas, nobilitas tanquam regionibus & terminis circumscripta definitur? Nihil minus: nam quam late patet orbis, tam late diffunditur & propagatur laboris & industriæ immensa vtilitas, infinita suauitas, egregia nobilitas. Nam quid vtilius, quam apum naturam in solitudine per omnem ætatem obseruasse, obseruatam ad nostram vtilitatem traduxisse, & libris consignasse? at hoc Melisi fuit, & laboris fuit. Quid suauius, quam genus humanum per agros ferino more sparsum in ciuitatis septa inclusisse, illorumq; mores virtute effinxisse? at hoc Demadis fuit, & laboris fuit. Quid illustrius, quam totius orbis clauum tenuisse, omnium gentium neruos incidisse, solum regio diademate insignitum fuisse? at hoc Alexandri fuit, & laboris fuit. Sed quid? laboris laus labore summa quadam cum voluptate interspersa me opprimit: nam quocunque oculos meos conuerterim, vel sua me nobilitas opprimat, vel suauitas aures obtundat, vel vtilitas aciem mihi mentis præstringat, vel splendor radiis suis oculos hebetet, vel magnitudo intelligentiæ meæ caliginem offundat, cuius vi & virtute effectum est, vt inchoata perpoliantur, artes vigeant, floreant linguæ, virtus

Laboris vtilitas per totum orbem diffusa.

tus propagetur, vitia infringantur, Rerumpubl. form
instituantur, institutæ nitantur, nixæ in omnem ætē
nitatem durabunt, si laborem in iis reficiendis fixe
mus, cui Deus laudem & honorem præmium propo
fuit & constituit, ideoq; merito dicitur, omnia qu
cunque cæli regionibus incluserat, laboribus vendid
se. *Dixi.*

ROBERTI TVRNERI
ORATIO VIII.

Nihil ignauia tetrius.

A contrario. Diligētia Dei donū præstans.

NVlla res post homines natos, Auditores docti
simi, siue ad gloriam clarior, siue ad virtute
præstantior, siue ad vitiorum fibras ipsas eua
lendas neruosior, vel humano ingenio inuenta, vel d
uina munificentia nobis concessa fuit, quam quod ill
opinio in animis iam omnium & singulorum inues
rauerit, nullum fuisse inuentum laudabile, quod no
ex diligentia tanquam ex fonte quodam manasse, n
esse iam rem paulo rudiorem, quæ non diligentia ta
quam lima quadam perpolire, nec fore aliquid ita
nebris oppletum, & in intimis naturæ visceribus i
clusum, quod diligentia è tenebris ad lucem asserer
ex naturæ obscuritate ad humanam vtilitatem vind
care non possit: nam hæc siue opinio, qua imbuimu
pij, siue sententia cui affigimur sinceri, siue naturæ in
ductio, qua afficimur impulsi, efficit, vt nihil tam vi
deatur difficultatibus obstructum & intercluſum, i
quo assequendo, aut saltem persequendo omnes cor
poris labores, omnem animi commentationem & con
rentionem non defigamus. Vnde vsu iam venit, atqu
adeo diligentiæ subsidio vsu venit, vt quascunque hu
manæ vitæ partes animo menteq; comprehendamus

Sine diligentia omnia pessum eunt.

illa

illas non videamus horride incultas, sed egregie excultas: non perturbate solutas, sed certa quadam ratione ita deuinctas, & certis quibusdam regionibus inclusas, vt si hanc vel illam partem loco moueris, tota iam totius vniuersitatis perturbatio & confusio consequi videatur: quam iam iamq; imminere animo mihi prospicere videor, dum ignauiam, qua mentes humanæ obstrictæ extabescunt, ita omnia occupare video, vt quas res nostri maiores præclarissimi viri diligentia summa inuentas, & ordine digesserant, & ratione constrinxerant, ignauia & desidia nostrorum labefactatæ pessum ire, atque (nisi diuino nomine fultæ cohærerent) multis ab hinc annis concidere viderentur: quare cum tantam & tam tetram labem, in omnium non dico puerorum sed iuuenum, adolescentum, senum nominibus inhærere, penitusq; insidere videam, egregiam me Reipubl. vobis, atque adeo ipsi Deo operam nauaturum spero, si hodie ex hoc loco, coram vobis luce clarius effecero, nihil esse fœdius, nihil tetrius, nihil detestabilius ignauia: quod qui non viderit, senserit, iudicauerit, quid possit aut videre clare, aut sentire sincere, aut iudicare incorrupte, plane ignoro. Nam si in hanc rem animi nostri aciem intendamus, ideo nos fuisse in lucem susceptos, vt doloris aculeis confixos consolatione recreemus, omni felicitatis genere fluentes cõsilio sustentemus; vt hæreseos crimine obstrictos Catholicæ fidei lumine illustremus, aut Catholica fide præditos in ardentius religionis studium incitemus; vt indoctos præceptis disciplinisq; imbuamus docti, aut doctos exemplo confirmemus pij; vt Rempubl. laceratam sarciamus, aut florentem fulciamus: cum (vt rem breuiter comprehendam, & ab initio repetam) ideo fuerimus in lucem suscepti, vt genus humanum aliqua vtilitate & beneficio amplificemus, & in omni vitæ nostræ curriculo actiones, quæ charitatis nomine censentur, exerceamus, fit vt qui hunc finem à natura hu-

Quare homo in lucẽ editus.

manæ vitæ tanquam metam præfinitam assequuntur aut saltem qui ad illum proxime accedunt, eo sint virtutibus clarioribus ornati & instructi, qui ab eo longius recedunt, eo turpioribus flagitiorum maculis inquisti & aspersi, at tantum abest, vt homines ignauum otioq; torpescentes hunc scopum possint attingere, vt potius omni charitati naturæ, ipsiq; Deo charitatis authori, & naturæ totius supremo architecto bellum plenis (quod dicitur) buccis & buccinis denunciasse videantur: nam quid, quæso, hoc est aliud, quam illam supremam & præstantissimam naturam ex naturæ finibus velle exterminare, sic semper otio implicitum delitescere, vt nihil cogites, quod non mentem aliqua voluptate titillet; nihil loquare, quod nõ mensam exquisitissimis delitiis extructam, aut poculum meracissimo vino plenum sonet: nihil audias, quod sermone quodam fucatis quibusdam cincinnis suauiter intexto, aures tuas non deliniat; nihil manibus vsurpes, quod non hunc crassissimum sensum sua leuitate quasi delibutum reddat: sic (inquam) otio implicatum delitescere, vt si quam ab his voluptatibus horulam Deo aut patriæ impartiueris, illam in re vanissima, nulliusq; momenti collocatam positamq; arbitrere: quid hoc (inquam) est aliud, quam præstantissimam illam naturam ex naturæ finibus, bello plusquam Gygantæo velle exterminare? nam postquam hæc sententia in animis hominum leuiter impressa fuerit, sic suas cogitationes instituunt, vt si quid otij sui cursum leuiter inhibere possit, illud quamprimum obstaculum summa diligentia, attentissimaq; cura remouere conentur. Vnde fit, vt cum nihil arbitrentur otio suo magis repugnans virtutibus, virtutes obterant; nihil magis contrarium pietate, pietatem comminuant, nihil infestius Deo, opinionem omnem de Deo in ipsis communibus sensibus infixam è medio tollere contendat, & pro sua in Deum malitia odioq; incredibili enixè con-

Otiũ Deo mouet bellum.

ten-

tendant. Quod cum diligentius cogito, inducor vt credam, ex nullo alio equo Troiano, quàm ex ignauia prodijsse tot nostra memoria Angliæ Hussos, tot Germaniæ Lutheros, tot Franciæ Bezas, tot Flandriæ Marsos, tot Italiæ Hispaniæque (proh dolor, religionis fontes suis sordibus inquinauit desidia) Velleios & Diagoras: nam dum otium inflammato quodam studio, per fas nefasque, vi neruisque omnibus consectantur, in antiqua religione otio inimicissima labefactanda omnem operam defigunt, nouamq; quandam specie ad irretiendam plebeculam egregiè luculentam ab inferis excitant, qua viam rationemque vitæ in summo otio degendæ confirment, eoque tandem veniunt, vt omnem cum religione & humanitate de Deo sententiam exuant: quid? estne ignauia hæreseos fomentum? hæreseos fomentum? perpusillum illud est, nec tanti flagitij teterrimam labem satis exprimit: est nam Atheismi fons & principium, quid? Atheismi origo ignauia? Atheismi origo? etiam minutum est hoc nomen, tantoque scelere, quod omnia in se flagitia complecti videtur, leuius: nam quo tu digno nomine illam humani generis pestem, illam bonorum omnium stragem, illam religionis maculam, illam Ecclesiæ labem ignauiam potes appellare? cùm enim Varro quatuor inprimis res ab hominibus summo in pretio habendas, diuinisque laudibus (vt quæ à Deo effluxerint) cumulandas arbitratus fuerit, respub. amicitiam, leges, disciplinas, quid illa peste funestius fingi aut dici potest, quæ resp. euertit; societatem, quam natura hominibus cum hominibus pepererit, discindit; legum repagula perrumpit; litteras disciplinasque omnes comminuit? si enim resp. fortitudine & sapientia tanquam firmamentis, societas amore & beneuolentia tanquam neruis; leges iustitia & religione tanquam vinculis; disciplinæ labore & diligentia tanquam compagibus quibusdam

Ex otio prodîêre omnes sectæ.

Atheismus hæreticus.

Quatuor hominibus summo pretio habenda.

contineantur, plumbeus sit necesse est, qui hæc omnia desidia non dico labefactari, sed concidere non viderit, cum nullum fortitudinis vestigium in homine voluptatibus otioque irretito apparere; nulla amoris & beneuolentiæ adumbrata species in viro, qui omnia ad quietem & desidiam refert enitere: nulla iustitiæ religionisque fucata forma in eo, qui religioni euertendæ omnem suam operam adhibet, eminere; nulla laboris & diligentiæ leuissima effigies in isto elucere possit, qui tùm se fœlicitatis cumulum consecutum putat, cum otio langueat, mollitieque quadam carnis incredibili diffluat, quasi contra laborem diligentiamque bellum quoddam inexpiabile suscepisse videatur. Periandrum, qui omni industriæ suæ curriculum in ciuibus ad pietatem informandis defixerat certas leges, quibus soluta illorum vita deuinciri, & quasi quibusdam terminis definiri potuit illis tulisse legimus, quibus homini qui alieno sanguine manus suas aspersit, perpetuam seruitutem; qui in alienas fortunas inuolauerat; notam fronti inustam; qui se mendacio obstrinxerat, mensis silentium; qui turbarum in rep. ciendarum authores fuerunt, perpetuum exilium; qui nulli studio, vnde ad remp. aliqua vtilitas permanare possit, operam suam dicabat; mortem sceleris pœnam irrogauit, posteaque corpus illius porcis discerpendum dilaniandumque statuit, ter præcone in summa ciuium corona summis lateribus exclamante, par est, vt is in porcinam naturam transferatur mortuus, qui vitam plusquam porcinam in summo otio, turpissimaque voluptatum colluuione traduxit viuus. Potest fortasse cuidam inconsiderantiæ iniustitiæque notis inurendus videri Periander, quod homicidium seruitute tantum mulctauerat, desidiæ illigatos & capite diminuerat, & crudelissimo quodam more modoque post mortem tractauerat. Sed si ille paulò attentius mecum consideraverit, scelere quan-

Periandri in ferendis bonis legibus industria.

quanta, ſpecie quàm tetra labes ignauia ſit, in hanc mecum opinionem deſcendet, Periandrum in illa lege ferenda à iuſtitia rectiſſima regula, ne tantillum quidem deſciuiſſe, nam cum animis omnium nihil ſit præclarius, nihil illuſtrius, nihil diuinius, vt qui ex ipſa diuina natura ſint hauſti & delibati; & corporibus ignauorum nihil ſit horridius, nihil turgidius, nihil lutulentius, iniquum videri debet rem longè præclariſſimam corporis tam tetræ moli fore, illigatam: ideoque ſuas rationes ad iuſtitiæ normam exegiſſe videtur Periander, qui animam rem longè diuiniſſimam à fœdi corporis (in quo tanquam gurguſtio habitabat) concretione ſegregauerit; corpus, quod viuum cum porcis ſummam coniunctionem habere videret, porcis iam mortuum iuſte tribuerit & reſtituerit: quanquam ſi rem non ſubtilius, ſed pingui Minerua diſſeramus, maius incommodum ex ignauis, quam ex parricidis in remp. deriuari plane conſtat, cum deſides ſummam ſemper reipub. vaſtitatem afferant, homicidæ tela reipub. iugulis intenta ſæpiſſimè & fortiſſimè repellant: id quod populus Rom. multorum conſilijs omniumque ferè ætatum experientia inſtructus dum vidit, lege ſanxit, vt cui manus labore non occalleſcebant, ex ciuitatis finibus eijceretur, vt à quo deſidia infecto pericula ſibi omnia timebat: quem hac voce vſque ad mœnia ciuitatis exeuntem proſequebantur, fœlix ciuitas quæ venenum, quo inficiebatur, euomuit; fœliciores ciues, qui reipublicæ miſerè laboranti hodiè medicinam fecerunt: & populo Romano digna egregia hiſtoria, atque cum multa de Romanorum antiqua virtute memoria literisque conſecrantur præclara & illuſtria, tum haud ſcio, an quicquam præclarius, quicquam illuſtrius. Sunt enim indigni, qui ciuitatis complexu coercerentur, qui ciuitati quantulamcunq; operam non nauabant; ſunt indigni; qui cum Romanis

Maius damnum ab ignauis quam parricidis in remp. dimanat

(quibus

(quibus tunc temporis nihil fuit virtute antiquius) vi
tæ suæ cursum transfigerent. Quid enim illis magis u
mendum erat, quàm ne iuuenes virtutis veræ ratio
nem acriter persequentes ignauorum sordibus, luxu
mollitie inficerentur, atque sic reip. tandem fund
menta labefactarentur. Nam vt venenum in viscer
bus nostris inclusum corporis plusquam gladiator
vires infringit, humores puros, & ab omni turpidin
agitatione integros inficit & conficit: sic ignaui i
ipsis reip. medullis penitus insidentes iuuentuten
reip. florem suo exemplo corrumpunt, facultates reip
firmamenta luxu exhauriunt, & tandem ipsius reip
legibus optimè constitutæ neruos incidunt: quo
quàm sit verum, facilè videbit, qui omnes ætates ani
mo comprehenderit; nullam remp. externo bello, ve
vehementiùs attritam, vel acrius afflictam, vel sæpiu
euersam video: quàm cum Reges otio ignauiæque
affixi reip. clauum teneant, omnemque armorum
pietatis, virtutis curam abiecerint. Atque (ne longiu
rem repetam) quid resp. aluit tetrius: vel tol humano
generi vidit funestius Dædalio Persiæ Rege? qui cum
ab antiquæ virtutis via deflexisset, reliquum ætatis
suæ cursum in luxu otioque transacturus, quod genus
flagitij, aut specie tam tetrum, aut turpitudine tam fœ
nestum, aut natura tam infestum, aut grauitate tam
horribile, in quo tanquam in cœno sese non liberè vo
lutauerit? principio Vestalium, quæ arctissima se casti
tatis religione astrinxerant, domum funditus euertit
duas forma præ cæteris luculentissimas ad libidinem
qua æstuabat, sedandam sibi asciuit. Nunquid scelus
ipsum videtis? palatium, in quo Frontone patre vi
uente & vigente, iustitiæ antiquæ norma conspicie
batur, continentiæ solida & expressa forma florebat
libidinis diuersorium, totiusque nequitiæ officinam
quadraginta ibi lenonibus constitutis, effecit: nun
quid monstrum timetis? Lysimachum eloquentiæ
laud

Otium veneno comparatum & cur.

Dædalij Persarum Regis luxu otioque perfusi nefandũ actum.

laude præ cæteris suæ ætatis oratoribus florentem partim blanditijs pellexit, partim grandi pecunia comparauit, vt libris duobus elegantí dictionis filo contextis, suauissimaque orationis elegantia aspersis, vno castitatem oppugnaret, altero numinis opinionem ex animis hominum euelleret: nunquid diabolum humana forma indutum perhorrescitis? sed vereor, ne dum otij fœdissimas labes oratione consector, & otio & patientia vestra turpiter abuti videar: nam si ignauia à naturæ tramite longissimè recesserit, si religionem infregerit, si diuinum numen è medio sustulerit, si rerump. fundamentum labefactarit, si sanctissimas leges comminuerit, si suauissimam amicitiam dissuerit, si disciplinam omnes obtriuerit, vt certissimis rationum momentis ratum fecimus neminem arbitror ita ab omni virtutis honestatisque simulatione abhorrentem, qui non ignauiam humani generis pestem esse arbitretur & hanc labem fœdissimam à sua existimatione quam longissime non repellat. *Dixi.*

ROBERTI TVRNERI

ORATIO IX. A BENEDICTO MANDINA Episcopo Casertano, congregationis Clericorum Regularium, Nuncio Apostolico ad Sigismundum Regem, Senatumque Polonum de fœdere cum Christianis contra Turcam paciscendo, in Comitijs Varsauiæ die XXX. Martij An. 1596. recitata.

QVam vehementer (Sacra Regia Maiestas, illustrissimi Proceres, Senatus amplissime, cæteriq; Inclyti, potentissimi Regni huius nobilissimi Ordi-

Ordines) Sanctissimus Dominus noster in Regem Senatum, populumque Polonum animatus est, ego extremis hodie lineis, si possem inumbrare, putarem certè me satis momenti allaturum vel ad suadendum fœdus, cum Christianis, vel ad persuadendum bellum contra Turcas, si nudè tantum vnoq; verbo dicerem me ex extrema vsque Italia à Clemente octauo Pontifice opt. Max. missum ad vos huius rei causa, & ablegatum. Nam beneuolentiæ, pietatisque qua Summus Pontifex summa Poloniam prosequitur & semper prosecutus est, lineas primas qui videt; considerat quum animo suo hunc affectum exire ex illa prouidentia, qua Deus tanquam anima Ecclesiæ suæ corpus vegetat, & perpetuò informat; recto is rationis filo ducetur eò, vt statuat & quasi certum è cœlo defigat hanc nec pietatem velle, nec prouidentiam posse quoquomodo fallere, & in fraudem pellicere: verum cum lachrymæ, quæ Clementi octauo pro Polonorum salute sæpe fluunt, & cogitationes quæ pro Polonia ipsa perpetuæ, & ne noctibus quidem intercisæ excubant, tantam spirent in hoc regnum pietatem, quanta nullo verbi colore tenuiter quidem effingi poterit video mihi à re ipsa impositum iri necessitatem dicendi hodie apud vos si pro Christianorum fœdere aliquantò operosius, certè contra Turcicam perfidiam multò liberius. Et si ego ab omnibus naturæ artisque subsidijs imparatus, incignus omninò sim, qui Apostolici ad vos aut Legati nomine censear, tamen cum dicturus sim nomine Pontificis, qui vos tenerius amat quàm pater filios, & dicturus sim Christum, cum fortunis vestris & libertatibus penitùs implicatum, spero me à vestra omnium æquitate impetraturum, vt ad orationem meam faciles hodie aures, fitientesque afferatis. Quare nec veteri Rhetorum more rogabo vt attendatis, Pontifex enim à quo missus, & Christus cuius causa missus sum, hoc à vobis

quodam

quodam iure exigunt: nec deprecabor, quod orationem affero nullo, aut flore sparsam, aut artis gemma intermixtam, profiteor enim me dicturum hodie Christum, vt nudum, sic sine exquisitæ artis aucupio nudè.

Cum omnibus (Sereniſſime Rex) qui Chriſtum profitentur, & viuunt, pax præcipuè curæ eſte debeat, tùm Pontifici maximè, qui Chriſtiani orbis cor & caput, quam Chriſtus præiuit illi viam orbis regendi, rectèque conformandi, eam inſiſtere debet, & ſolet. Chriſto autem pacem inprimis cordi fuiſſe, loquitur primò eius vita, quæ tota erat, præſepe, ſtabulum, colaphus, ſputum, crux, vt vno verbo dicam, tolerantia, & pax: cùm contra, qui aliorum Imperiorum rationes fundârunt, & conſtituerunt, principium ſemper duxerint, Romulus à cæde, Virginius à ſeditione, Philippus à fraude, Cæſar à bello, ab alijs furoribus alij. Hæc res ſi non eſſet tam perſpicuè vera; quàm Chriſtum eſſe in pace natum, in tumultu mortuum, ex eo tamen vno liquido vinceretur; quod Euangelij vox audita eſt in terris prima: *Pax hominibus bonæ voluntatis*; & vltima audietur tuba cùm Dominus ad iudicandum venerit: quaſi eſſet vt Iudicis, ab huius mundi tribunali egredi more leonis, & pugnantis, ſic Seruatoris in hoc mundi theatrum ingredi ſpecie ouis & patientis. Hanc pacis doctrinam ex Chriſto delibatam & hauſtam; cùm Pontifex & ipſe fateatur, & alios doceat: mirabuntur fortaſſe aliqui, vel non ſatis illi ſani, vel in re Eccleſiaſtica hoſpites valdè & peregrini: quid cauſæ poſſit eſſe Pontifici, qui ſe profitetur pacis doctorem, conuerſo quaſi Euangelij orbe, Polonis facem ad bellum præferat & tumultum. Et iuſtè quidem hi mirarentur, ſi quæ dicitur pax Turcica bellum non eſſet, omnium quæ poſt natos homines geſta ſunt odio immaniſſimum, re maximum euentu periculoſiſſimum: Odium quid exag-

Vita Chriſti pax.

Vngaria fœlix, sed Christianorum damno, & cur?

exaggero? Turcicum est, & contra Christum ipsum Rem quid narro? Tyrannis est, quantam infernus poterit excogitare maxima: Euentum quid exprimo Vngariam videtis fœlicem forsan, sed maximo cer Christianorum malo fœlicem: quasi aurum profera Turcis proferat ad gazam: si æs, Turcis ad arma fœminas, Turcis ad libidinem: si viros, Turcis ad se uitutem: & (quod seruitute peius est) omnia Mahome ti ad obsequia. O miseram Vngariam, & hoc solu in nomine miseram, quòd paci Turcicæ credidiſ Quâre è specula Pontifex cùm videret pacis nomi in speciem quidem pulchro, sed ad exitium insidio quasi vestigio quodam irrepere in alias Christiano rum partes, & quas non potest armis sub iugum mi tere, eas arte, aliam supra aliam occupare: statuit se patrem & pastorem omnium debere inter hanc vi peculam, (quæ Christi vineam demolitur) & Christia norum (grande crimen molli notabo nomine) sim plicitatem, suam iam tandem prouidentiam interpo here. Hortatur ergo vos, Equites Poloni, Summu pastor ouium Christi non ad tumultus mentis, qua Euripi immanes & insanos fluctus: sed ad pacem il lam veram & firmam, quæ duabus tantum rationibus comparatur, iciendo fœdere cum Christianis, & ac nace acuendo contra Turcas. Quod si forte adsit qu

Esse bellige randũ contrà Turcam & cur.

neget vllum bellum suscipiendum ijs, qui Christiano nomine censentur, næ, is toto errat cœlo: cum æter nus ille rerum conditor à malitia cognomen Dei Sa baoth, id est, exercituum hauserit, & in medio cœlo viderit ac probarit bellum illud mentium beatarum cum Spiritus apostaticis, qui quod monumentum & solium superbiæ suæ non potuerunt erigere in cœ lo contra Patrem; id iam per Turcas conantur in ter ris excitare contra Christum. Tenet quidem vos pace Turca, sed pace, quæ est bellum; Inuitat vos Pontifex ad bellum: sed bellum quod erit pax, & pax quæ non

Turcicæ

Turcicæ perfidiæ leuitate, tanquam pluma, sed firmissimis vestri acinacis, & lacerti radicibus perpetuò nitetur. Non sum tàm exquisitè frigideque Christianus; vt fœdus non feram cum Turca, quod necessitate extrema impositum non potuit aut arte eludi, aut commodè declinari; nec quidem tam lentè, frigideque Christianus sum, vt fœdus cum omni infideli tanquam iocum ac ludum probem & admittam: Nam cum fœdus ipsum profiteatur quandam communionem amoris & voluntatis in eos cum quibus colitur societas, & odij, vel certè non amoris in eos qui hoc fœdere non comprehenduntur, velintque omnes, qui Mahumetana fraude deuincti & obstricti sunt, Christum, Christianumque nomen penitus & à stirpe interire; cum hac peste lueque hominum qui in societatem fœderis veniunt, eiusdem voluntate societate videntur teneri, quo crimine nullum potest à nobis concipi vel admitti, vel labe tetrius, vel in cœlum contumeliosius. Id quod Dauid Rex oculo non sensus obscuro, sed puro illo claroque Prophetiæ, quia vidit, profitetur ille apertas & perpetuas cum hoste Dei inimicitias, istudque cecinit posteris, non tam ad aurис titillationem, quam ad mentis nostræ institutionem, illis verbis: Nonnè qui te oderunt Domine oderam? & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi. Odium hoc Dauidis in hostes Dei tam vehemens erat, si affectum; tam penitus insitum, si modum spectes, vt putârit sanctus zeli Cœlique plenus, se complicatam mentis suæ notionem non satis distinctè expressisse, nisi illud suum odium non solùm interrogationis amentata quasi hasta, sed alio modo variè explicaret. Oderam, inquit illos tantumne? odio oderam; quo? vehementi illo & perfecto, ita vt odio hoc tanquam zelo implicitus totus intabuerim. Nos qui tantùm latinis litteris tincti sumus, quid sibi velit hic dicendi modus, non

Dauidis in Dei hostes odium.

setis capimus; at in sancta lingua, hæc interroga
forma & eiusdem rei inculcatio, tantam vim habe
Vatinianum illud odium, quod Ciceronis ætas no
litauit,& Turcicum, quod nostra,præ hoc Dauidi
hostes sic expresso, molle videatur aut prorsus nul
Si Dauid, qui scintillam tantùm Dei ex legis nube o
scurè emicantem viderat, inimicitias capitales cu
inimicis Dei apertè profiteri verbo exemploque d
cuerit;Nos certè quibus Christus aperuit quicquid
buit lex ænigmatis, aut Euangelium gratiæ, & veri
tis; si amicitiam vel fœdus cum filijs Belial copula
rimus, admittemus profectò crimen cui vindican
vix tres Inferni videbuntur fore satis. Tertullian
eorum qui de re Ecclesiastica latinè scripserunt p
mus, & (si affectus eum ad priuati cerebri scopulu
transuersim non abripuisset) certè doctissimu
monet Christianos omnes se profiteri in Baptis
pugiles, & palæstritas aduersus hostes, qui Christu
eiusque membra vel apertè petunt, vel insidiarum c
niculis occultè tentant,ac ne putetis hoc verbum flo
ci esse, aut nihili, causa hæc est, cur vt pugiles ante
ctam, sic Christani ad perpetuam cum Christi hosti
pugnam,oleo in Baptismate, veteri constantique Ce
remonia, vnguntur semper & illiniuntur. Christe,i
quas tandem angustias conditus es? professio tui no
minis laudatur & obteritur, & sacri illi mores qui i
stituti erant ad disciplinam, exierunt in Cæremo
niam tanquam bullam, aut si quid bulla possit fing
vanidius aut cõtemptius. Nam in hac re si quid habe
antiquitas fundamenti, aut mos iste momenti, nihi
est à professione Christianorum tam alienum, quàm
non dico inimicitias non suscipere, sed fœdus icere
cum hoste illo qui profitetur se cogitare, facere, viue
re & regnare hoc solùm nomine, vt quicquid est Chri
stiani nominis, ex orbe stirpitùs euellat. Frustrà fort
videar cuiquam ex natura rei, ex antiquitate, e
profes

Fœdus cum Turcis quantum crimen.

professione collegisse, cùm Deus in ipsis iactis mundi Ecclesiæque fundamentis illam legem disertè fixerit rectæ, puræque Adami posteritate, vt inimicitias perpetuas habeat cum fœce infernali, quæ callidi serpentis sibilum libenter audit, & venenum tanquam mel auidissimè semper haurit. Ponam, inquit Deus serpenti, inimicitias inter te & mulierem, inter semen tuum & semen illius: mulierem, siue ad normam literæ Euam, aut ipsam quoque Deiparam, siue ad Spiritus rationem cum Ambrosio intelligamus Ecclesiam, inter mulieris semen & semen Sathanæ odium est, vt intestinum; ita Dei præscriptione tam altè insculptum, vt qui contra hanc legem commiserunt, quemadmodum ex quo semine fluxerunt, factis mundo ostenderint, sic pœnam factis dignam è cœlo exquisitissimam semper subierint. Interdixit Deus Israelitis non amicitia tantùm, sed commercio gentium & Philistæorum. Bonus certè Deus, qui prius monet, quàm perdit; sed quàm est bonus quùm monet, tam seuerus dum perdit. Primùm minatur Israelitis ne iungant fœdus cum gentibus, iungunt tamen: qua pœna? quòd minatus est Deus, facti sunt illis Philistæi fouea, in quam cadunt, laqueus quo implicati tenentur; festuca & offensio, qua oculi illis corrumpuntur: quid tandem? tandem Israelitæ terræ, quam Deus illis impertiuit optimam, vsura priuantur, & quæ fuerunt contra Deum superba, fiunt demùm vilia capita. Placuit, inquit Deus, vobis habere inimicos meos pro amicis; ego faciam vt sitis illis serui & mancipia. Si istud indè ex Israelitica gente nimis altè repetitum quisquam fortè censeat, non id factũ quod desint domestica & recentia exempla, sed quod Tragicam Christianorum vel culpam hoc in genere vel pœnam, sine ingenti & mentis dolore & vocis questu, in hunc vestrum consessum tanquam in theatrum non potuerim inducere. In-

Inimicitias inter Ecclesiam & Diabolum Deus posuit.

Deus prius monet quam perdat.

ducentur tamen & quia videmini hoc velle, & qu
mala quæ propiora sunt, propius quidem vrgeant
moueant vehementius. Trapezuntini Principes, qui
Paulum noluerunt audire monentem: Nolite iugu
ducere cum infidelibus, meruerunt infidelium sub
iugum. Paleologis, tanta erat potentia, vt eorum
fama terminum, nec gaza inueniret modum: quo
pacti sunt amicitiam cum Turca, ac contra Dei vo
cem putârint posse esse (verbis sacris vtar libenter
participationem iustitiæ cum iniquitate, societatem
lucis cum tenebris ac conuentionem Christi cu
Belial, ab Europæ Principibus, quos antea contempse
rant in vanum opem acclamantes, ita abierunt in pu
uerem, vt oriens illorum Imperium cesserit prædo
Turcis; & ipsis post se hoc tantùm reliquerint fama
aut potius infamiæ, quod Constantinopolis, qu
nihil habet Orbis post Romam maius, quæ fuit Pa
læologorum, horum scelere Christo perijt & Cæle
Vngaros non dico (hos ipsi superiori anno audi
stis Cracouiæ suam miseriam serio deplorantes,
vestram opem frustrà implorantes) ipsi, ipsi illis ve
stris auribus audistis eos exclamantes; heu, heu, mise
ros nos quod credidimus Turcæ; & falso fœderis no
mine nostros passi sumus perpetua seruitute irretiri
Sed Phryges, id est, serò sapuerunt. Dicet fort
quispiam eos hac seruitute dependisse Deo pœnas
Schismatis quod contra Petri Sedem nefariè fecerunt
& ego certè non valdè abnuerim; tamen sic intellig
velim quasi seruitus qua isti induti sunt, tanquam ca
tenula ex quatuor istis annulis, delicijs, peccato,
schismate, & fœdere Turcico, sic contexta fuerit, vt
viam munierint deliciæ ad peccatum, peccatum ad
Schisma, Schisma ad fœdus Turcicum, fœdus tan
dem Turcicum ad seruitutem, quantum nullæ hactenus literæ Græcæ illæ, aut Latinæ expresserint, grauiorem. Rem etsi putem certissimam tamen facile

Paleologi potentissimi quod cum Turcis pacti, in puluerem abiêre.

Item Vngari, & cur.

Gradatio.

patiar,

patiar, vt non credatis nisi pœnam quantam sol viderit grauissimam ex media nostra ætate attulero, Turcico tantum fœdere irrogatam. Franciscus Galliarum Rex: quantum nomen erat? impleuerat terram suam gloria, & certè suæ religionis ardore cœlum: sic potens vt cum potentissimo orbis, certaret de orbe, & vna veraque cura sic complexus vniuersos suos, vt lis fuerit in Gallia, debeatnè illi magis Mars, an Musa; Nobilitas an Plebs; Miles an Mercator. Accessit ad hanc gloriam, quod nomen suum ierat in Nepotem tam pulchrum, tam numerosum, vt gens Valesia ijsdem quibus mundus terminis existimaretur circumscribenda. Tantæ gloriæ, tantæ potentiæ, tantæ religionis Rex videretur peruenisse in partem illius fœlicitatis, qua beatæ illæ mentes purissima circumfluunt & perpetua nisi moriens exclamasset, Perij heu perij, quod volui esse fœderatus ei qui est hostis Christi. Cardinali Guisio subijcienti misericordiam, pœnitentiam, consolationem ex sacris litteris, bene multum: omnis inquit, misericordia mihi clausa est, & nulla pœnitentia mihi satis est, qui vt æmuli mei vel gloriam infuscarem, vel vindicarem iniuriam, fœdus pepigi cum Turca, & Christianorum capita tanquam armenta ad Mahumetanam seruitutem viuus videnscque passus sum abigi. Ea sum charitate in mortuos, vt facile credam has voces esse extremè potius dolentis, quàm desperantis; id tamen negari non potest, Franciscum pœna viuum, mortuumque mulctatum esse quanta in terris cogitari potest maxima. Nam extra bellum, quod ipse cum sua conscientia gessit perpetuum; extra bellum quod ipsius Galliam maximum semper posteà exercuit, & in cinerem penè comminuit; Henricus filius interijt à manu hostis, qui se finxit amicum, & in publico spectaculo, factus est orbi spectaculum, & vobis (Equites Poloni) exemplum.

Franciscè Gall. Reg. quod Tur. fœderatus horrendum exemplum.

Franciscus pœnâ viuus mulctatus & mortuus.

Leue istud posset videri quo viuat adhuc ille in plu
mo nepote. Verum nepotulos, qui tamquam seme
in consequentem omnem ætatem ferendi videba
tur & propagandi, dolor, bellum, venenum, cultell
ita breui absumpsit omnes, & vna eademque æras Vi
Iæsiam gentem viderit & summam, & propter fo
dus Turcicum nullam. Iagellonia virtus & religio
etsi in te, Sigismunde Rex, iam viuant; & in poster
tuis (quantum speramus, & à Deo precamur) perpetu
fœliciſſimamq; videantur habiturę vitam. Iagellon
tamen nomen cur periit orbi? cur Poloniæ? Nolo, I
quites fortissimi, alias vestras prosapias penitus del
tas recensere, nec earum quæ florent memoriæ f
quuturæ, minari aut ominari; id tamen pro meo
vos amore, non possum non monere vniuersos, v
quorum perhorrescitis exitium, horum nullo mo
do imitemini exemplum. Video, Serenissime Re
non tantum oratione contendisse, sed vicisse ration
Turcicum fœdus cum natura, cum professione Chri
stiana. Cum Euangelio penitus pugnare, arma pu
Christianis contra communem hostem sumenda vo
bis esse, nisi æquè clarum effecero, facile patiar, vt po
tiùs quicquam cogitetis aut faciatis, quàm quod eg
arbitror, & Christiano orbi tam vtile, & Reipublicæ
(amplissimi ordines) vestræ penè necessarium. Ac
tulerunt ex hoc loco diuersi diuersa: quibus mente
vestras otio languentes, & quasi somno sopitas excuss
tare vellent videri: verum nihil horum à me attinge
tur hodie; vt qui cognoscam eam magnanimitatem
Polonis à natura inditam esse, vt in rebus magnis
non possint languere, illudque esse semperque fuisse
studium publicæ rei, vt eorum animis deberet potiùs
sedandis adfundi aqua; quàm incendendis facula, aut
leuis aliqua materies subdi ac subministrari. Quare in
huius partis primam quasi aciem non inferam vos
pugnaturos contra vtilitatem Turcicam & Asia
nam,

Insinuatio.

nam, natam seruire, nec subijciam, hanc vtilitatem nihil in rebus timere magis, quàm vestrorum vel acinacum fulgores, vel lacertorum robora; neque dicam Prætoriani militis (quo inprimis Turca nititur) florem vanuisse vel viluisse, denique reliquam vim ita concisam esse, vt quos contempserit hactenus Tartaros tanquam pecudes, eorum gratiam legationibus iam ambiat, & donatiuis; neq; exaggerabo Turcarum illud iudicium, Othomanicam Tyrannidem, Quarti decimi Monarchæ Imperio definientium, neque alias prædictiones, tanquam Tragœdiæ cuiusdam interludia inspergam orationi meæ; nam vestra doctrina, vestra experientia, vestra iudicia non sinunt, vt aliquid aut colligam minutum, aut leue corradam & alienum. Id tantum dixero, & vobis insigniter Christianis sat scio, persuasero, nihil à Christiana charitate abesse longius, quàm otiosè spectare populatum quem agri, depeculatum quem templa, labem, quam fœminæ, seruitutem quam vestri non dico vicini, sed fratres in Christo, & sorores à Turcica rabie iam subeunt, & indies magis videntur subituri. Possunt in aliena calamitate qui torpent, aut delicias verius agunt, videri homines (quòd humana illi specie induti sint) sed homines verè non sunt, nedum Christiani; qui humanitatem pietatemque (qua homo hominem naturæ instructione complecti debet) totam videntur exuisse. Quemadmodum Chirurgi, quod membrum in languido corpore acu tentârunt, aut scalpello, si nullum aduertunt motum vel sensum, illud mox iudicant intabuisse, nec vllam melioris vitæ vim in se continere; sic in hoc Mystico Christianoque corpore, qui suorum vel fortunas auersas, vel labefactatam Remp. vel aliam calamitatẽ immissam neglectim, & sine quodam pietatis sensu intuentur, eos ego certè (si quid in politicis aut Christianis rebus video) iudicarim aut non membra, aut membra, quæ publicæ curæ & Christi parũ in

Torpentes non videntur homines.

se vel nihil omninò habeant: Nam Dei amor amo
proximi ita perpetuò annexus est, & veluti implic
tus, vt Ioannes Apostolus neruosè collegerit, q
super angustias fratris quem videt viscera miseric
diæ suæ clauserit, eum vera viuaque charitate Deu
qui aspectu penitus obliteſcit, vix ac ne vix quide
posse diligere. Ac ne quis contra hanc rationis a
naturæ vim audeat vnquam vsurpare illud Caini,
vngari Germanique, id est, fratris sui custodem no
esse, & sacræ literæ hanc vocem demnârunt impie
tis, & Deus prius per Salomonem monuit; Eruer
qui dicuntur ad mortem, & qui trahuntur ad inte
tum liberare ne cesses: & diserte tandem mandatu
tanquam legem vnicuique posuit de proximo su
Hæc quidem ipsa etsi in se sint, & luce tam clara,
momento tam firma, vt vos, Equites fortissimi, cùm
publici boni curam sponte cuntes, tum insigni pieta
studio semper inflammatos ad vicinos vindicando
asseruandosq; alia ratione nec velim, nec debeam v
hementius hortari; tamen Vngari regione vicini, re
gione fratres, ita sunt faucibus pressi, ita momento
vestigio temporis pressi, vt auribus oculisq; vestris v
stitatem suam, labem suam, seruitutem suam, reliquam
miseriam suam iterum subijciant, rogentq; patiamin
vos contra communem hostem videri, potius Sagato
in campis, quam Togatos in conuentibus, & quiri
eorum calamitate sempet hactenus fuistis, etiam nun
ostendatis vos verè Polonos. Etsi Equitis nomen
quod in Polonos insignitè semper conuenit; summ
in se gloriam habeat; tamen cùm Polonus Equitis po
tiùs nomen, quàm nomen hoc ornet Polonum, aliam
vocem quemadmodum non possum inuenire glorio
siorem: sic ad studia vestra in vicinos elicienda nō de
bui adhibere vehementiorē. Nam si Polonos vos ostē
deritis, vicistis vim, asseruastis innocentiam, id est, ips
vos cumulastis gloria quam vix capiat tota terra, ac
æter

Alter alteri quantum obligatus.

Vngari auxilium videntur implorasse.

æterna illa regio, quæ quot stellis, tot Dei ocellis fulget, sola potest remunerare. Neque vos voco ad bellum tanquam prædam, aut solos contra totam Asiæ Africæq; vim: sed hortor vt vires vestras cum viribus fratrum vestrorum iungatis contra communem hostem illum, qui horum vires labefactat, & vestras non minus certe quam aperte frangit. Ecce tempus acceptabile (in re Christi sic loquar) ecce dies salutis. Nam si positis simultatibus & contentiunculis, quæ à Satana dispersæ & disseminatæ, vos à vobis aliisq; Christianorum partibus diuellunt, arma socia iunxeritis, & vinculo fœderis, aut, vt Christianius dicam, charitatis colligati vniuersi Turciæ Tyrannidis neruum elidere conemini, ausim vobis promittere victoriam, quæ vestrum vestræq; gentis nomen Romanorum gloria & nomine facile æquauerit. Quippe fœderi, aut qua formam charitatis habet societati cuicunque vis à cælo tanta & tam copiosa inserta est, vt duobus aut tribus promiserit Deus simul petentibus, large omnia: quid facientibus simul? alter fulcietur ab altero: quid simul pugnantibus? si hostis prævaluerit contra vnum, duo resistent ei, & vnus persequetur mille, & duo fugabunt decem millia. Si quis forte dicat pacis vos pactis impediri, quo minus in societatem belli cum Christianis contra Turcam veniatis, prope est vt exclamem: O vilitatem dignam seruire; quid? hisce auribus, hisce iudiciis vox ista inculcabitur, pax: pax ista insidiosa, pax peior bello, pax cum Turca. Oblatam dices non prensatam; sed quo est velata pulchrius, eo plus illa aleæ habebit & periculi. Turcicus Tyrannus, Serenissime Rex, in eodem Philippi Macedonis ludo videtur doctus ad malitiam, & ex hac malitia potius quam militiæ disciplina efflorvisse tandem ad hanc potentiam, quam Asia & Africa, & Europæ pars pene bona vix ac ne vix terminauit. Nam quemadmodum Philippus pacis nomine Amphipolitas implicatos tenet, quo ad

Vnitis viribus pugnare, est superare.

Deus duobus simul petentib. large promisit omnia.

Turciæ Tyrānus ad malitiam edoctus & dolum.

Pidnam occuparit & Potidæam; Pheranos completi
tur beneficiis, quo ad Pegasam & Magnesiam subiugo
rit; Athenienses omni officio colit, quo ad Olynthu
redegerit in potestatem, & tandem totam Græciam
sui iuris fecerit: sic Turca Christianos vnum super
lium irretit potius laqueo fœderis & pacis, quam bra
chio & belli vi mittit sub iugum. Trapezuntinum
nexuit fœdere, quid inde? Constantinopolis sola fa
cta est præda; Mathelinos iunxit sibi pacis nomine
quid inde? seiuncti ab hac communione Negropontis
eius mox bellum subierunt & seruitutem, Thessalo
ca, Scodra, Dirrha, Chio, sunt præda non Turcici bel
li, sed fœderis. Naupactus, Cyprus, Valachia sunt spo
lia Turcicæ non virtutis, sed perfidiæ. In re tristissim
non debeo esse minutus. Meministis vel certe legistis
omnes Europæ non toti vnquam iustum bellum indi
ctum, sed pacis simulatione partem præceptam patri
quo ad Imperium suum Tyrannus ad regni vestri Po
mœria vsque protulerit & propagarit. Et certe in ha
Pomœria qui non audet irrumpere, sperat tamen pa
cis quodam pede aliquando irrepere. Vngaros tantum
iam lacessit; vobis, Poloni Equites, amicus scilicet &
fœderatus, at quos Vngaros? pacis religione sancta Ty
ranno, antequam vos, iam deuinctos: si Vngari vni
uersi subierint iugum, pax, heu pax, fatalis ad exi
tium proxime iugulans Poloniam. Videor videre

Turcicus Tyrannus Goliæ collatus.

Turcici Tyranni imaginem & expressionem veram
pulchre effictam in Golia, qui tanta vastitate corporis
quanta satis erat sancti exercitus impressioni susten
tandæ, tamen non totum exercitum totis suis suorumq
viribus aggreditur recte, sed singulos scilicet minu
tiorum futuros virium, ac ne duos quidem simul ad
singulare prolicit certamen: sic Turca, tam mon
strum capitis, quam Golia corporis, Christianos
non omnes belli societate coniunctos fortiter petit,
sed singulos separatim, hunc mulcet dum illum perdit.

Vestra

Vestræ, Equites, partes vt nunc sunt mulceri, post Vngaros erũt pati, & nisi animum aduerteritis, perdi. Quod quidam ominati sunt, Turcam sibi munire per Austriam & Carinthiam ad Italiam aditum, etsi aliquod habet probabilitatis, id tamen ego putarem potius delirium quam militiæ mysterium. Insignis enim stupor esset & præter morem Turcicum, hoste post se relicto aggredi Italiam, & Italiam septam hinc à mari, inde à monte, vndique à milite; Cum Poloniam in qua momentum Italici belli futurum illi videtur, incursioni, flammæ, cineri patentem post finitimas regiones deuictas, solum puncto posset in potestatem redigere. In Trapezuntino Imperio occupando quod fecit Tyrannus, vt vicinas partes potestatis suæ flamma omnes inuolueret, ac Trapezuntium extremam tantum lamberet, quo ad mediam & solam ceperit; sic vicinam vndique vestram dum fœda depopulatione funestat, vestram regionem tanquam fimbriam Tyrannidis suæ flamma extremam tantum lambit; at si hoc anno Vngaria & Transsyluania, altero Silesia & Morauia augeant Tyranno Imperium; vos Equites, medij, & vestra culpa soli vt noui Trapezuntini capti estis (horresco referens) capti & perpetuæ seruitutis nexu adstricti, imo mactati potius & trucidati vniuersi. Nam Libertas, Immunitas, Respubl. Nobilitas, nomina Tyranno sunt tam odiosa, vt qui hæc insignia præ se tulerint, eorum ne vestigium quidem in suo Imperio leuiter impressum esse sinat. Quare quod Demosthenes in bello Philippi contra Olynthios hortatur suos Athenienses, bellum gerant cum Philippo Olynthi, nisi malent Philippum Athenis: Id ego vos moneo, Poloni, vt contra cõmunem hostem, ficas in eius Vngaria, vel alia ditione alibi distringatis, nisi ficas & lanceas nõ multo post domi vestræ pleno pectore velitis haurire. Sigismundus II. in tali forte occasione erat tergiuersator; & quod tergiuersator erat, famam apud posteros consecutus

Turcarũ in capiendis regnis dolus.

Demosthenes Athenienſibus ſuaſit bellum.

secutus est, quam à tuo, Sigismunde Rex, cognomi
quod tua causa cupimus, sincere deprecamur; qua
quam talis certe occasio nunquam erat. Nam neq
Polonia vnquam fuit tam prope pressa, nec ad comm
nem flammam extinguendam auxilij, consilijq; aqu
vniuersi tam serio attulerunt; nunc verò non Vnga
solum & Germania pro se supplices vestris genib
aduoluuntur, sed Principes Itali præferunt spem,
Cæsar opem operamq; prolixe pollicetur. Quod sa
optastis Equites, vt alij fœderis societate inter se sanc
constricti vobiscum castra contra Turcam metentu
id iam è cælo oblatum non debetis respuere, ne sir
gati non afferatis auxilium, presi forte auxilium
gantes non inueniatis. Deus æquissime, vt omnia,
detur illam legem tulisse, vt qui obturat aures suas
mori proximi sui, clamans non audiatur, & mens
ram qua mensus est malam illam, sed plenam è ca
recipiat. Pontificis vero mentem in fœdere sancien
sinceram, fuciq; expertem, cum factum illud ostend
quod superiori æstate Franciscum Aldobrandinu
Nepotem suum, virum multi vsus, summi iudicij
pacis belliq; artibus æquipollentem, ad sociale bellu
contra Turcas pignori Christiano orbi pro se mi
tum illustrissimus & reuerendissimus sancti Seue
Episcopus, (cuius non solum nomen illustrat seri
Marchionum altissime repetita, sed prudentiam etia
& eloquentiam nobilitarunt tot legationes, quot pe
Christiani orbis partes) tam fuse distincteq; vobis
pius explicauit, vt frustra hic videar aliquid adner
rus, nisi Pontifex has mihi partes exposuisset, vt ad
crum hoc bellum vobis promitterem ab eius non
lum amore consilium, sed ab ærario etiam tenuicu
quidem illo pene attrito id quicquid potest æque p
stulari. Accingimi ergo (Machabæi verbis, tot Macha
bæos, quot adestis Equites recte videor affari) accing
mini ad prælium Domini, & socia contra gentes arm
capit

Factum è cælo oblatum non respuendũ

Ad bellũ adhortatio à facili & adiunctis.

capite: Estis pauci? facile est Deo multos concludere in manu paucorum: Estis imbecilles? quo tandem modo? Pugnabitis contra pecudem Asianam, Deo rebellem & contumacem; ac de cœlo erit fortitudo vestra. Quanquam Poloni non timetis mortem: & satius certe est mori in bello (vt inquit ille miles Martyr) quam mala vestræ gentis videre. Timetis potius insidias? Cæsar stat à vobis, Pontifex à vobis, Deus à vobis. Sed euolue mihi mentem hic plane tuam, excute intelligentiam; fœdúsne putas recipiendum quod Turca; contemnendum quod offert Christianus? Regnum, inquis, nostrum, libertatem nostram. O insaniam, ô insaniam! Regnum tuum potes credere firmius, libertatem securiorem sub Turcico capite, quam sub Christiano fœdere? sit quidem illud firmius, hæc securior sub illo, quam sub isto; Audes tamen profiteri, malle te regnum sine cœlo, quam cœlum sine regno? malle te libertatem sine Christo, quam Christum sine libertate? Est quoddam, Equites, hominum genus, seipsos intemperanter amantium, & voluptati cupiditatiq; magis quam Deo seruientium, qui speciem pietatis præferunt, vim tamen pietatis & virtutum infringunt & elidunt vniuersa. Apostolus hic depingit, vt videar videre illos, quos nostra hodie ætas nouo non tam verbo, quam sensu appellat politicos. Speciose quidem semper hi loquuntur, Euangelium, Gratiam, Christum, tamen quasi Dei prouidentia penitus sublata, Politicam quandam prudentiam (sic placet istis Turcismum, vel potius Atheismum suum antiquo nominis velo ostendere) sui suarumq; actionum omnium regulam & amussim faciunt. Hanc siue artem siue caliditatem mirarer diuum Iacobum dignatum fuisse nomine prudentiæ, nisi prudentiam istam mox ad maiorem infamiam dixisset esse, & terrenam, quod Deum fateatur ore, factis neget; & animalem, quod sibi sapiat, non publicæ rei; ac tandem diabolicam, quod

Quoddam hominum genus per uersum.

omnia

omnia metiatur sensu , ac nullam omnino in De diuinisq; spem figat & collocet. Verum semper sit, suo hi se implicent laqueo , & in fundo diuinæ prou dentiæ , quem prudentiæ cuiusdam arte conantur d clinare, omnino pereant. At tutius, dicet aliquis, est qui neutram partem. Quid? Polonus sequetur pot quod tutum quam glorioſum ? quanquam in Politic sit ille hebes & plane plumbeus, qui cupiat esse neut cum & Cæsar, qui Ducum primus & pene solus, æq lingua valebat & manu, hanc vocem damnarit stult tiæ, & vsus probarit, qui neutri fuerant, & inter du partes penduli, hos semper in vtriusque partis en incurrisse & insidias. Tandem, vt breui sed sacro v bo dicam, qui neutram partem putat tutam partem certe stultus est, quem irridet atque adeo pungit sa ctus Iob illo dicto: Timet pruinam, & irruet sup eum nix. Quid si, Equites Poloni, nec Turcica fra nec vicinorum lachrymæ, nec vestrum periculum, n Dei timor & honor, nec alia vlla ratio potest vos in pellere vt coniunctis armis Europæ labanti succurr tis; erit certe, pene dixeram: verum amor non fin vt genti vestræ male ominer; potius pietas erga Pol nos mea faciet, vt vos qui non politice, sed cum pat bus vestris Christiane sapitis, orare & obtestari v lim, ne vlla vestra culpa sinatis verti Christi temp in stabula, altaria in præsepia, monasteria in gyn cea & fœdæ libidinis propudia, omnia sacra in pro fana omnia, & tandem Christum ipsum prodi Ma hometi. Hic lenti si sitis & pigri (alia taceo) illu tandem erit, & fortasse hodie erit, aut certe non in longo post interuallo erit, vt requiratur sanguis fra trum vestrorum à manibus vestris, eo quod angustia animæ eorum videntes non compassi estis: eripere po tuistis, & contempsistis: & Turcæ pro tribunali illo extremo & horrifico consurgent; vt vos faciant reos impietatis, quod ipsi pro impia sua superstitione am-

plia

plificanda, tam serio fecerunt, id vos pro fide, quæ ex medio cœlo fluxit, non dico amplificanda, sed defendenda, vindicandaq; contra inimicos crucis Christi, nec sponte, nec rogati feciſtis. *Dixi.*

ROBERTI TVRNERI ORATIVNCVLA X. ANTE Disputationem Theologicam.

LOcus iste non fert orationem fusam de laude Theologiæ: nam cum hic locus sit rerum, sit dignitatis, sit maiestatis cuiusdam, stulte aperiretur tricis nugisq; verborum. Solent quidam præfati multa de laude Theologiæ, quæ eos ornat, sed solent peruerse, non ad normam: res enim Theologicæ cum habeant nomen speciemq; virginis, si comantur, poliantur, externæq; orationis veste ornentur, vix est, vt fucum quendam meretricium (qui à Theologiæ vultu debet longissime abesse) non præ se ferant. Quare de Theologiæ laudibus nihil dicam, imo omnia dicam, si id verbulo monuero, Theologiæ laudem summam esse, non velle laudari: eamq; tanquam virginem, tum summe ornari, cum nihil ornetur. Sed ludo, vobisq; & mihi præcerpo tempus: in re ergo ipsa ponamus vestigium. *Dixi.*

Non virginum sed meretricũ est sese comare.

ROBERTI TVRNERI ORATIO XI. ANTE DISPVTAtionem Philosophicam, De Scientia.

NIhil est in rebus extra controuersiam; quas res natura defixit in oculis, vsus in animis omnium confir-

confirmauit, illas stulta peruicacia vocat in disceptationem, nec disceptat vnquam: de sole sunt tenebrae an luceat; de niue sunt turbæ, an albeat: quid solem asscurum, niuem nigram loquor? potest vel ille non lucere, vel hæc non albere: nouæ nunc scholæ antiquæ parturiunt monstrum: quod? Sciunt quidam non esse scientiam: si sciant, vincuntur esse scientiam: si nesciant, cur sunt stulte obstreperi? . . . . . .

Cætera desunt.

ROBERTI TVRNERI ORATIO XII. ROMÆ AD ILLVstrissimum Cardinalem N. ante disputationem Philosophicam.

ETsi natura res vniuersas machinata est ea siue arte affabre, vt mireris formam; siue cura beneuola, vt ames indulgentiam: tamen semper Patrum memoria fuerunt, ac hac nostra ætate sunt, qui huius tam peritæ artificis perpulchras effigies oratione defor mant, seu potius indulgentissimæ matris singularem beneuolentiam incesto ore turpissime polluant: cla mat Anaxander naturam esse imbecillem, quod homi nem quendam quasi sui aureum partum tot mortis ge neribus exposuerit, vt aliter eum non videatur potuisse munire: ridet Democritus naturam esse stultam quod hominis vitam ineptiis quibusdam ac nugis re ferserit, ac vndique impleuerit, vt videatur iam confi tuisse non mundum ad hominis dignitatem, sed puer lium næniarum quoddam instituisse theatrum ad deo rum spectaculum. Plorat Heraclitus naturam esse mi seram, quod vita hominis tot vndique malis tanquam spinis implicata est ac interspta: vt videatur hic mun dus non alio nomine tanta varietate pictus belle quam vt omnium malorum lerna in eo tectius inclusa latere

Variorũ Philosophorum de natura opiniones diuersæ.

Democriti.

Heracliti

lateret ad fraudem: latrat Diogenes naturam esse cæcam, quę non viderit hominem ita suis præsidiis abunde instructum, vt non egeat aliena ope aut palatij ad habitationem, sufficere dolium; aut pecuniæ ad commercium, sufficere herbam; aut poculi ad potum, sufficere palmam: sed non moueremur aut Anaxandri furiis, agitati male sano cerebro, aut Democriti splenis effusione abrepti insana voce, aut Heracliti ex Melancholiæ colluuione ficti stupida oratione, aut Diogenis ex fellis acerbitate concreti cynica rabie; nisi illa denuo audiretur Philosophorum grauior vox accusantium naturam stultitiæ, quod bestiis (quibus vitæ nullus est fructus, nisi ad sensum ac immanitatem) maximum circumscripsit vitæ curriculum, hominibus perexiguum quidem ac pene nullum, quod in Philosophia ac rerum diuinarum commentatione defigerent. Sed quæ demum est hæc accusatio? qua non tam natura perstringitur, quam Deus naturæ author violatur? aut quod habet hæc accusatio firmamentum, cum qui conqueruntur de breuitate vitæ, sic helluantur, sic bacchantur, sic in aliis volutantur vitiis, vt longiorem vitam videantur optare, non alio nomine quam vt belluari largius, bacchari liquidius, ac in reliquis vitiis turpius ac diutius possint volutari ad maiorem Dei iram deriuandam in mundum. Quid? quod quantulumcunque ipsis impertitum est temporis, illud ipsi sibi præcidant ac faciunt angustius? nam plures huiusmodi extinxit socordia, plures crapula, plures libido, quam natura; vt si breue illis vitæ spatium definierit natura, breuiori sane sunt digni: quanquam quomodo est vita breuis? est breuis, sed breuis sceleratis: est breuis, sed breuis iis, qui animi vel frangunt vires, vel euertunt commendationem voluptate ac delitiis: non fuit breuis Platoni, non Aristoteli, non iis, qui diuinam sui partem ita virtute excoluerunt ac Philosophia, vt illorum & animos excipiat cœlum,

Diogenes

Deus naturæ author.

Homines sibi exitio sunt non natura.

Vita socordibus breuis, diligentibus longa

cœlum, & nomina immortalitas. Vnde illi sensere rectius, qui rem veritatis ac rationis pendentes pon ribus vitæ longitudinem sibi statuerũt ponendam tam in annorum metiendo numero, quam in virtu ac philosophiæ imbibenda cognitione: inter quos nullus mihi locus iure concedi debet, tamen maxim totius naturæ architecto gratias ago, quod hanc me ætatem perpaucorum adhuc annorum septam termi sic posuerim in philosophicis, vt ad fructum laborib animi voluptatem, vitam non optarem longiore nam post multos annos nec audebam optare, nec po ram sperare tam vberem meorum laborum fructu vt te haberem (Illustrissime Cardinalis) meæ pug non dico disceptatorem, ac iudicem, sed fautorem beneuolum inspectorem, cuius domus sic toti Ec siæ patuit oraculum, vt & Peripateticis fuerit Lyce & Platonicis Academia, & Bipontinis pulpitum, Iouis theatrum, & Ganibaris Parnassus quidam, potius Elysæus campus, virtutum tanquam flor varietate peregregie distinctus: ô me in hac mea p puerili ætate bene senem Philosophum, sed Philo phum ingenio ac doctrina tenuem, senem tuo ben cio (Cardinalis Illustrissime) fœlicem, vt qui antea l mines pene feciſti Deos, nunc quasi Deus quidam hominem adolescentem feceris, fœlicem senem, tuam singularem laudem egregie, & ad meam sa mam voluptatem fœliciter, & ad eorum, qui brev te vitæ ac longitudine, metientes annos, non fœlici te ac doctrina naturam accusant falsò, refutand multam orationem, diuine. Sed expecto aduersari tu (Illustrissime Cardinalis) adsis huic certamini i spector, aut si mauis disceptator ac iudex, nam te iudice, saluum me.

Dixi.

ROBE

ROBERTI TVRNERI GRATIARVM ACTIO POST DISputationem Philosophicam, Romæ habitam.

ORATIO XIII.

DE agendis gratiis laborent illi, qui id volunt, quod non possunt: quid morer ego, qui id tantum volo, quod possum? Nam si Dei sit quod sum, Deo quod sum, consecro libenter: si Gregorij sit, quod in collegium hoc ascitus progressus fecerim in moribus, pietate ac his literis interioribus Gregorio promitto, id totum, quod possum horum morum ac literarum subsidio. Si Patrum Societatis Iesu sit, quod me cohibuerint intra lineas officij, imbuerint pietate, tinxerint philosophia, Patribus redderem profecto hæc omnia, nisi sic Ecclesiam irrigarent, suis ingenij, doctrinæ, pietatis fontibus, vt quo ex istis hauriunt plures, eo hi pluribus fluant fœlicius. Vobis, Illustrissimi Cardinales, quid aut quomodo? Si vili gratiarum agendarum defungar munere, ingrata; si colligam aut beneficentiæ aut beneuolentiæ laudes, infinita; si cogitem inferiora vestris meritis, stulta; si pollicear paria, insana erit oratio. Quo me vertam? Superiora minantur ruinam, inferiora stultitiæ notam, æqualia vesanæ mentis turpiorem labem. Sed soluto sum animo: malo prudenter cedendo victas ac victas dare manus vestræ humanitati ac clementiæ, quam pugnaciter contendendo vinci turpius à vestra facultate ac potentia. Vobis reliqui Auditores, mei estis: ego vicissim vester sum. Par reddo pari, aut si quid expectatis maius, facite vt illud maius adsit, ac illud vobis tum promitto libere, quam soleo omnia amicis impertire libenter.

ROBERTI TVRNER
ORATIVNCVLA XIV. HABIT
Romæ, à Ioanne Sailero ante Disputationem Theologicam.

COnatus est Satan, Auditores, Ecclesiam Chris
variis tentare modis, iisq; omnibus vafre, vt v
viderentur potuisse declinari; sed omnibus
men infœliciter, vt Ecclesiam liqueat non huma
consilio, sed diuina plane prouidentia cohærere: na
siue Ecclesiæ ipsum iugulum in Pontificia dignit
obterenda petierint tyranni, siue neruos in scriptu
falsa quadam obducendis nube tanquam nitedulæ
roserint hæretici, siue ipsam mentem ac animam o
languoreq; tabescentem infecerint fluxi mores: illa
Deus suæ prudentiæ & prouidentiæ quibusdam qu
alis ita texit, vt quo grauioribus difficultatibus fue
affecta, eo pluribus præsidiis cælitus semper appare
firmata: at ne in antiquorum replicandis annalib
minuta nimis videatur nostra diligentia, hanc ist
nostram ætatem inspiciamus, in qua si Ecclesiæ r
nunquam fuerint à Satana afflictæ grauius, à Deo ce
te constat eas nunquam fuisse munitas firmius: cu
eodem tempore sæuientium gladiis martyrum cōsta
tiam, hæreticorum fraudi doctrinam Catholicoru
malorum flagitio puritatem bonorum, Dęmonis qu
effusis inferorum carceribus, toti potestati, suam De
prouidentiam, veluti castra singula singulis ex alte
parte collocatis mirabili quadam descriptione opp
suerit: quæ sane laus ita Dei tota est, vt primas proxim
ac secundum Deum partes iure sibi in hac parte poss
vendicare Theologia: quippe quæ non solum Ma
tyres imbuit constantia ad contemnendos gladios
doctri

Deus ab omnibus aduersitatibus Ecclesiam conseruat

Theologia secundū Deum omnia Ecclesiæ aduersa propeūuntur

doctrina Catholicos ad fraudem aperiendam, puritate bonos ad euellenda vitia, sed etiam, diuinæ prouidentiæ in perfringendis Satanæ viribus certam rationem & perfecte complectitur, & sola aperit: vnde profecto non tam dolendum est Satanam tot fraudibus hodie Ecclesiam oppugnare, sed potius perpurgare; quam gaudendum vnam Theologiam has omnes Satanæ fraudes facillime posse dissipare: quam tamen cum quidam (ne quid dicam grauius) male feriati Theologi multis falsarum interpretationum nubeculis conati sunt offundere, in eius recessus interiores ac penitiores Catholicorum acies tam penetrauit alte, vt illa profecto post homines natos, diuina sic agente prouidentia, altiorem gradum non videatur consecuta: nam siue inspiciamus Doctores, eos suæ mentes interpretes constituit Deus, qui vt nulli vnquam legantur aut Theologiam methodo vinxisse facilius, aut factis expressisse sincerius; siue Mæcenates intueamur, vnum habemus summum Pontificem instar omnium, qui ita diuinæ prouidentiæ munia dispensat, vt è cælo videatur missus ad Ecclesiæ partes ægras, peneq; depositas suscipiendas: ac vt taceam qua cura orbis reliquas partes vndique dissectas atque diuulsas vno conetur charitatis fideiq; glutino copulare, ex hoc eius vno Collegio tanquam ex equo Troiano quot prodierunt, qui Theologiæ ac morum imbuti puritate Germaniam nostram Lutheri pene veneno confectam salutari medicina si non sanarint, opportune certe refecerint? Quare cum ego hinc pro Collegij sancta institutione emittendus quoque sim breui in Germaniæ agellum placuit iis, quorum consilium apud me semper habuit, ac habere debuit imperij locum, vt quæ hic compararim Theologiæ subsidia ad messem tam vberem ac necessariam, illa prius coram vobis humanitate peregregie politis expromam libere: descendo ergo, Auditores, in hanc domesticæ disceptationis aream, non vt

Hæretici peruertũt Theologiam.

doctrinæ, quæ nulla est, colligam opinionem, sed meorum maiorum obsecutus imperio periculum ciam mearum virium, quæ plurimum acquirent rob ris ac firmitatis ad hæreticorum resecanda spineta, v senientem dissipandam, si hodie vos fuerint exper non tenuitatis suæ seueros iudices, sed conatus hone beneuolos suffragatores.

EIVSDEM GRATIARV

ACTIO POST EANDEM Disputationem.

ORATIO XV.

QVod naucleris, confecta prospere longinq nauigatione, vsu sæpe venit, vt in ipso portu illisi scopulis, vel in vado hærentes naufragi faciant: id mihi ne hodie accidat, omni mentis pru sione cauendum est: nam etsi lenis vestræ benevol tiæ aura me hodie in hunc meorum studiorum fin tanquam portum fœliciter inuexerit, tamen in portu timeo scopulos: at quos? en vobis, Auditore multis vnum, eumq; periculosissimum. Cum ea fortuna, vt tribus figillatim vnum me debeam tot Patribus Societatis Iesu, Gregorio Pontifici Maxim ac Deo Omnipotenti, nisi vni sic me totum tribu hodie, vt reliquos duos me toto non priuem, subeun mihi profecto est, tanquam quoddam naufragium grati animi fœdissima nota: quid igitur faciam? pa ro fortasse vnam mei partem dispescere Patribus, Gr gorio alteram: at quî hoc, cum Dei sim totus? at fi dat Deus suo iure, ita vnam partem Gregorius, ita teram excoluerunt Patres, vt singuli vtriusque cum maximam habuerint; vt profecto corpus non possi seponere Gregorio sine Patrum magna, nec Patrib animum sine Gregorij maxima iniuria: qui vndiq scop

Christianus tribus omnia sua ascribat.

scopuli? trium sum vnus, ac singulorum totus: vni si me tradam totum tanquam suum ius, duos me toto priuo tanquam suo iure, at si nulli traditum, ipse me mihi seruo totum, eo sane erit luculentior iniuria, quo est grauius tribus, quam duobus irrogasse iniuriam. Deus bone, charybdis hinc, scylla inde; media fluctuat nauis: sed inueni exitum. Cum illud, quicquid aut Gregorius Pontifex Maximus conculerit in me sustentando beneficentiæ, aut Patres religiosissimi in me excolendo posuerint operæ, referatur ad Dei in Ecclesia propagandam gloriam, & ille, & ij pro sua charitate cumulate sibi putabunt satisfactum, si Dei per me gloria in Ecclesiæ resciendis ruinis quoquo modo enitescat, vt quibus sum totus singulis, illi me totum ære liberatum Deo largiantur soli. Nihil profecto videor posse referre, cum tribus vnum tanta me videatis deuinctum religione, vt quarto quod dem, nihil sit omnino reliqui: at cum nullum possit ex hac mea tenuitate ad vos manare officium, Collegium Germanicum meo nomine agit, agetq; quamdiu stat, pro hac vestra tanta patientia gratias maximas & immortales.

ROBERTI TVRNERI
ORATIO XVI. SIVE PRÆLVDIVM, quod ante disputationes Iuris ineundas Duaci à respondente, vt solet, habebatur; scripsi, rogatus ab amico.

Famæ in primis ratio habenda est.

OMnibus (clarissimi Doctores, ornatissimi iuuenes) anticipatum, informatumq; est, famæ existimationisq; inprimis habendam esse rationē, quam cogitationem dum quidam acrius persequūtur, fit vt in rumorum & concionum ventis colligendis acerrimam corporis contentionem, mentisq; commen-

tationem vehementissimam figant; alij dum remissi coërcent, fit, vt omni ingenij fama abiecta, sibi solu velint esse noti, ne dum ingenij famam, & existima tionis gloriam consectentur, ingenij & existimatio nis naufragium simul faciant: ex vno naturæ fonte duo (vt videtis) luculentissimi errores profluxerunt illi dum ingenij famam aucupantur, in puluerem & solem descendunt, & ingenij sui fœtus aliquando monstrosos, vt vrsus; sæpe deformes, vt simia; raro po litos, vt doctus; nunquam maturos, vt prudens edere solent: hi ingenij sui alioqui acutissimi luce; & oratio nis suæ alioqui tersissimæ dulcedine; & doctrinæ suæ alioqui intimæ fructu semper & vbique priuare no volunt: mediam ergo viam terendam statuit Anaxi menes, vt dicamus, sed pauca, sed opportuna, sed ra ro, ne si semper & vbique silendo famæ nostræ consu lere velimus, animi minuti & angusti nimis si omni coram omnibus effutiendo famam venari velimus, a nimi importuni & stulti nimis esse videamur: ad quam Anaximenis sententiam si omnes omnia sua studia, tan quam ad normam reuocare vellent, neque tot in solem descenderent futiles oratores; nec tot in tenebris late rent inutiles oratores; vt nec illi arroganter tumidi possint appellari, quod tanquam optima pessima no bis sufficiunt, nec isti stulte timidi, quod tanquam pes sima optima nobis supprimũt: quæ omnia non ita pri dem dum serio animo & cogitatione retractaui, non (quod semper antea cogitaueram) omnẽ mihi ingenii famam abiiciendam esse sum arbitratus, sed potius ad Anaximenis præscriptum omnes meorum studiorum rationes esse instituendas, vt qui optima non possim, pauca possim dicere, raro id faciam ad fugiendam ar rogantię labem, ne si priuatis incluſus parietibus domi semper desideam, ignaui, humilis, & illiberalis ingenij notam contrahere videar: quare erit humanitatis ve stræ, quod facio non aucupandæ, sed conseruandæ exi stima-

Plura dicẽda sunt sed accommodate.

Oratores futiles reprehendendi.

Modus reconcilian di beneuolentiam.

ſtimationis meæ cauſa, ideo animo accipere, quo debetis; & eo animo interpretari, quo ſoletis, id eſt, non ægro, vt morum barbarie turpiſſimè ſufuſcati; ſed æquo, vt morum elegantia belliſſimè exculti: quod ſi quis orationem paulò exquiſitioribus pigmentis cultam hoc in loco deſideret, næ ille à recta rationis via declinaſſe videtur, qui me minuta aliqua elegantiæ laude aſperſum eſſe vellet, vos maxima veſtra humanitatis laude vellet eſſe orbatos: nam ſi omnia mea quaſi in quadrum artificiosè eſſent redacta, voluptate irretiti, non humanitate veſtra impulſi patienter me audiretis, vt hoc modo ille, quem vobis natura impreſſit & penitus inuſſit, humanitatis motus, hoc tempore, hoc in loco non poſſit eminere: ſi quis reconditionem iuriſprudentiæ cognitionem à me requirit, næ is à recto ſenſu rem non iudicaſſe videbitur: cum in hanc palæſtram deſcenderim, non vt ille Boius in curſum Olympicũ vires oſtentandi cauſa, ſed vt ille Ladas in Annibalis palæſtram vires exercendi cauſa: in quo genere luctæ ſi vires fortaſsè meæ languebunt: talem me tamen militem præſtabo, qualem fuiſſe legimus Sicyonium in caſtris Annibalis, qui vt nullas hoſtium vires, nullos neruos, nullos impetus reformidabat, quòd Annibali ſtipendia feceſat, ſic ego nullos aduerſariorum lacertos pertimeſco, quòd ſub Putij, quo nullum habet noſtra iuriſprudentia non dico valentiorem Annibalem, ſed ne ſapientiorem quidem Vlyſſem, neque diſertiorem Domeſthenem, ſignis iam fœliciſſimè mereo. Quare veſtra iam beneuolentia ſolita & huius exquiſita doctrina, tanquam Vulcanijs armis, tectus & munitus ſpero, vt qui in hunc locum non irruo ad nominis aliquantulam gloriam conſectandam, hunc locum me relicturum ſine vlla aut ſaltem non magna famæ meæ immunitione. *Dixi.*

Non oſtentandi, ſed exercendi gratia aliquid faciendum.

ROBERTI TVRNERI ORATIVNCVLA XVII. QVAM ROMAE pro consetudine loci habuit ante disputationem philosophicam quidam Romanus cui nomen erat Annibali.

Philosophiæ palæstra difficultatibus intersepta.

ETsi hæc præclara sanè ac glorioſa Philoſophiæ palestra ijs fuerit interſepta difficultatibus, vt nec ſoleat teri ab indoctis, nec debeat à minutis: tamen tamen, Auditores, ego hodiè & indoctus audeo & minutus volo deſcendere non tam ſpe reuerendæ laureæ, quàm imitatione eius, qui totum orbem ſuo nominis gloria impleuit, Annibalis. Atque vt ego facilè ſoleam contemnere Aegyptiorum ſuperſtitionem penentium in occultis vocum receſſibus diuinitatem neſcio quam, perpetuo tamen rei vſu fit, vt credam latentiorem quandam vim in ipſo Annibalis nomine impreſſam eſſe, ac penitus inſculptam, qua incitentur homines ad magna ſi non feliciter petenda, certè audacter aggredienda: quippe vt taceam Annibales duos, duas prouincias maximas non nimis viribus fuiſſe aggreſſos, Siciliam illum Rhodium Hiſpaniam hunc Lilybæum, Carthaginenſium noſter Annibal tam ingentium fuit ſpirituum, vt nec Galliæ iuuentus, tam flos, decerpta, nec Sagunti deuicti præclara illa laurea reportata, nec Hiſpaniæ vires attrita, nec Marcelli ſuperbia penitùs compreſſa eſſe cerint; quò minus ipſe ſibi anguſti ac muniti animi videretur, ſi non tentaſſet & Scipionis prudentiam ſuo conſilio, & Alpium altitudinem ſuo ingenio, & Romæ magnificentiam ſuo aſtu, & Italiæ neruum ſuo lacc-

Annibalis cuiuſdam heroicus animus.

lacerto: alias prouincias, vel continendas vel comprimendas alijs permittebat; solas alpes, solum Scipionem, solam Italiam solus aggredi audebat Annibal. Habent, Auditores, habent Annibales siue vi propria nominis, siue occulta alia ratione id sibi inditum, viribus non magnis audere magna, vt si hæc hodiè Philosophica velitatio videatur hanc mearum virium tenuitatem superare, illam quidem aggredi, sic Annibalis; non sustinere hominis: neque sanè si Romani sitis vt natura, sic iudicio, minorem ponetis laudem in re magna fortiter aggredienda, quam fœliciter perficienda, cum Roma antiqua Annibalis, quo nihil vnquam senserat infestius, vires etsi contempserit in magnis perficiundis, amauit tamen generositatem illam, qua cum possit pauca, vellet magno animo audere magna: audeo ergo hodiè descendere in istam palæstram; non quòd putem, me posse disputantium neruos ac lacertos sustinere, sed quod alter Annibal arbitrer glorioſius vinci à Scipione, quam domi delicijs ac venustatibus turpiter affluentem nihil moliri magni. Quanquam id mihi in hoc discrimine facit animos, quod sperem me post multos annos alterum Annibalem in hoc conatu fore fœliciorem quàm illum Carthaginensem, cum hic infesto animo ac odio penè hausto cum matris lacte, Romanorum rem penitus vellet euertere; ego animo benè fauente, amoreq; sanè insito, Romanis studeam victoriæ laudisque subministrare copiosam segetem & materiem, quare initurus sum iam pugnam in qua si supra vires audeam, est hoc proprium Annibalis, si forte vincar, erit id quoque glorioſum, à Romanis.

Dixi.

ROBER.

ROBERTI

TVRNERI

IN CICERONIS MILONIA

NAM ET PHILIP-

picas.

ETsi consuetudo sit, Auditores, nec omnino contemnenda, quia est multorum; nec semper consectanda, quia parum vtilis, vt qui aggre diuntur ad aliquem authorem vel explicandum dictione, vel commentatione illustrandum, eum prius laudibus, quasi coloribus, depingant, tamen authoris nostri laus est omnium sermone ita celebrata; vt qui in eius ornamentis multam orationem posuerit, videatur vel detrahere iudicio auditorum, non parum; dum putat eos non cognoscere, quid sit, Ciceronem esse, vel suo ingenio arrogare multum, dum putat se posse explicare, quid sit Ciceronem esse: quam nullam hodiè vocem mitterem de Cicerone, nisi violatio consuetudinis vsurpatæ ab omnibus maiorem videretur habere labem: quid igitur? ne videar consectari trita, taceo plurima; ne videar cõtemnere consuetudinem, dico id vnum, Ciceronem esse, qui præripuerit & Latinis, qui secuti sunt, imitandi spem; & Græcis, qui præibant, ostentandi gloriam.

Laudat antiquitas Isocratem, vtpote in quo nitebant

bant multæ orationis Veneres : laudet, modò non præferatur Ciceroni nostro, splendidus fuit ille, neruosus iste : amat studioseque affectatur Libanium schola: est sanè cur affectetur hominem naturæ, artisque affluentem venustatibus, at quid ad Ciceronem nostrum? bellissimus fuit ille, diuinus hic, deniq; cum Cicerone si eos qui floruerunt eloquentiæ laude, conferas omnes, singulos, antiquos, recentes, omnes æquabit vnus, singulos superabit summus, antiquos, recens, recentes obscurabit, æternus, atque ita obscurabit, vt omnes huic sint futuri vmbræ, hic omnibus sit futurus, imago viua, vera totius eloquentiæ, quid minutus sum? Cicero est, quem explicamus; vno verbo dico nihil; vno verbo dico omnia: vt, quòd omnia, videatur seruata consuetudo iustè: quòd nihil, non videatur violatum vestrum iudicium: vnde in tanta totius eloquentiæ varietate cum dilectus necessariò habendus sit, ad hunc delectum iudicium attuli illud, vt ex summis multis duas videar sepositisse ad vestram vtilitatem summas, siue spectem artem, siue quæ hac arte continentur, exquisitam illam & lautam eruditionem: nam cum omnium iudicio Miloniana plurimum habeat artis, plurimum interioris doctrinæ Philippicæ, videorne errasse? sed cur vno tempore duas? eccam vobis totius consilij totam rationem diuersi diuersas authorum interpretandorum rationes sequuntur, pugnantque suam quisque esse optimam.

Omnes authores quantumuis graues vnus Cicero æquat.

Robertellius & Iulius Camillus toti sunt in affectibus & locis topicis, Pedianus & Manutius in Historijs toti sunt & antiquitatibus; Sturmius vult indicari phrases tersasque loquendi rationes: in figuras & schemata, quibus tanquam stellulis illuminatur oratio, vult intendi digitum Maturantius & Ramus & Talæus artes singulas dum contendunt singulis cancellis includendas esse, Dialectica seponunt Dialecticis, Rhetorica Rhetoribus: horum tamen elocutionem

Variorum interpretum rationes in orationes Cic.

nem esse, præterea nihil: quare cum singulæ singu-
rum rationes vix ac ne vix quidem possint mihi pro-
bari, iniui rationem percommodam, illam quidem
vt in explicando Cicerone omnes sequar omnium
verùm cùm hæc diligentia id habeat incommodi, v
multum temporis in vna oratione sit ponendum, a
iungo aliam non tam explicandam quam percurre
dam, idque tam citò, vt duas aut tres eodem spacio fa-
cilè percurrero, quo explico vnam: nec hæc ratio à me
priùs inuenta est, sed vsurpata à Mureto, qui id suis in-
culcat sedulò, potius vt fingant nouam Rhetoricam
ad orationum imitationem, quàm orationes ad anti-
quæ Rhetoricæ normam: non quòd contemnat pra-
cepta, sed nihil illa adferant momenti ad poliendam
linguam, nisi illa videas in Ciceronis scriptis. Quòd
minuta quædam sæpe incurrant, in quibus explican-
dis cogar esse minutus, quid moueamini? cum ex hi
minutis illud eloquentiæ corpus, quod quærimus fa
iunctum, inuentum admiramur, constet & confletur
medicorum minutiæ quales sunt? phi fœtent: iuri-
consultorum minutiæ quales? tituli, paragraphi, nu-
meri: non tamen illi fœtore, nec hi vilitate impedia-
tur, quo minus suas minutias ament, quærant, exco-
lant, quòd ex illis coagmententur duo pulcherrima
corpora, reipubl. hoc, hominis illud: at nostræ minu-
tiæ lautæ sanè sunt & exquisitæ, voces scilicet quæ no-
tæ sunt & signa intelligentiæ: quod facilè videbitis,
id videatis, voces graues, sonoras, varijsq; modulatio-
nibus aptè expressas (quę consideratio musicorum est
delectare animantes, etiam expertes rationis, cum vo-
ces eloquentis solos deliniant homines, plus minusue
quò plus minusuè habeant rationis. Sed harum mi-
nutiarum quale corpus? eloquentia: ô Dea.

Multum temporis ad vnam Cic. Orationem explicandam adhibendū.

Medic. & Iurisconsultorum minutiæ fœtent ad eloquentiam collatæ.

Quare Cic. & scripserit

Primo aggredimur ad explicationem Milonianæ.
Hæc oratio fuit scripta à Cicerone vno modo, perora-
ta altero: rationem, cur & scripserit & perorarit, putant
quidam

quidam esse, vt existimationem, quam orando perdiderat, scribendo reficeret. Nam inter orandum languidiusculus factus dum cogitur medium dictionis suæ cursum interrumpere, eam ruinam putabat facilè refectum iri, si scriberet eandem causam hoc vberrimo filo, quod iam in hac oratione miramur. Sed suspicio est nulla vel authoritate, vel ratione nixa: causam veram puto esse communem illam & tritam omnium oratorum, qui causas solebant dicere ad rostra tenuius: ac postea domi diligenti meditatione subactas, vberius perpolire: hanc fuisse, patet ex multis Ciceronis locis, in oratione media pro Planco has ego scripsi ludis & ferijs, ne omnino vnquam essem otiosus. 4. *Tusc. in fine*, Cato quod scripsit originum suarum. & 6. *epist. ad Quintum fratrem lib.* 3. orationes efflagitatas pro Planco & Scauro absolui, orationes quas postulas, mittam, quia quæ nos scribimus adolescentulorum studijs excitati: & hanc consuetudinem non solum propriam fuisse Ciceronis, sed antiquorum etiam antiquam: testes sunt locupletissimæ multæ Plinij epistolæ, ac in primis *vigesimi libri prima, tertij libri decima octaua. Blondus lib.* 4. *de Roman. triumphis, Budeus in Pand.* 1. Si Ciceronis diligentia in vlla vnquam oratione enituerit, in hac certè enituit maximè, quam omni eloquentiæ numero ita absoluit, vt eam vocent, primam Pedianus, pulcherrimam & nobilissimam Quintilianus: hinc ortus est error tribuentium Quintiliano, & Pediano illud quod iam est omnium sermone contritum: si Cicero sic perorasset, Milo non exulasset: non enim illorum hæc fuisse verba, sed sensum tantum & notionem facilè credo. sed cuiuscumque demum sunt verba, vera sunt, apta sunt, arguta sunt. Sententia totius orationis vno continetur Enthymemate: Clodius fuit insidiator, ergo fuit iure occisus; adde propositionem hanc: omnes insidiatores iure occiduntur, & erit syllogismus integer:

& peroririt suas orationes.

Milonianæ orationis vnum Enthymema.

integer: propositionis veritatem euincit indè, qu
lege quadam inciſa in animis omnium, liceat vim
repellere: quibus verbis tam claram notionem pu
eſſe ſubiectam, vt illa potius ornet, exquiſitaque
ctione veſtiat, quam probet, aſſumptionem contro
ſia implicitam conatur expedire argumentis petiis
ſtatu coniecturali: ſed ne quis fortaſſe totam ora
nem reuocet ad huius aſſumptionis ſtatum, anim
uertat reliquum totius orationis ſtatum eſſe iudic
lem ſeu qualitatis: quæritur enim iure an iniuria
eiſus fuerat Milo: conteſtatio litis in hanc Rhetor
formam commodè illigatur, occidiſti Milo Clodiu
occidi, intentio illa eſt; ſed iure, quia prior ſtruxit
ſidias, depulſio hæc eſt, ex qua fluit id totum, quod
diſceptabitur controuerſiæ de hominibus rebuſq
grauiſſimis, quæ cum ſit grauiſſima, grande illud
amplum poſtulabat dicendi genus, quod miſcet
men & interſpergit nonnunquam Cicero concin
tate figurarum, quæ mediocris generis ſunt, ad auc
pium voluptatis: vnde quidem putarunt, ſed fal
fuiſſe dicendi genus miſtum ex hoc mediocri, & ill
grandi: partes orationis nexæ ſunt non inter ſe na
ræ communi ordine; ſed artis præpoſtero, vt exo
dium partitio, partitionem refutatio, refutation
narratio, narrationem confirmatio, confirmati
nem excipiat peroratio: rationem poſtea redd

Præpoſterus orationis Milonianæ ordo.

hæc artificij totius ſunt ſemina,
hiſtoriæ ſumma erit.

ARGV

ARGVMENTVM IN CIC. pro Milone.

REmp. Romanam variarum partium variis factionibus conflictatam fuisse, quo tempore hæc inciderat controuersia, inde patet, quod inciderat in consolatum Pompeij, id est, in imperij Romani inclinationem: harum factionum scintilla, primum, fax deinde erat ambitio magnorum, qui volebant in summos magistratus vel fraude irrepere, vel vi irrumpere, quæ sola causa fuit inimicitiarum, quas capitales Susceperat Clodius contra Milonem: nam dum Milo studet Ciceroni, ac Ciceronis fautoribus, à quibus Clodius dissidebat, Clodij quoque incurrit grauissimam offensionem: hæc causa prima fortasse fuit odij inter illos, sed in sola: aucta flamma est, quòd Milo eodem anno prensabat consulatum, quo præturam Clodius, nam cum Clodius putaret Milonem, si consulatum iniret, quasi obicem obiectum iri suis & conatibus refutandis; & furoribus coercendis, voce, consilio, fraude Milonem impedit, ac competitores eius adiuuat. Sed cum Milo vel meritis vel gratia consecutus fuerat, vt honor illi consulatus haberetur, Clodius eousque exarsit, vt cogitaret de illo tollendo: quare cum intellexerat Milonem viam ingressurum ad Lauinium vesperique rediturum Romam penulatum in rheda, cum vxore, ancillis, & pueris, viam obsedit Clodius expeditus in equo ad fugam, cinctus sicariorum manu ad cædem: à Clodio prope fundum suum in via Appia fit impressio, sustinetur à Milone tam fœliciter, vt ipse integer interfecerit Clodium. Milo à fautoribus Clodij accusatur de vi contra leges illatu, fatetur vim illatam, sed iure. Pompeius qui id temporis gerebat consulatum, ex omnibus ordinibus legebat integerrimos quosque, qui controuersiam multis difficultatibus ancipitem deciderent & explicarent. Cicero causam pro Milone dicit, vtpote qui fuit tam infestus Clodio quam Milonis amicus, collocantur in foro præsidia, ne in tanto negotio quid

Qua ratione orta inter Clodium & Milonem lis.

oriretur motuum popularium, res enim gerebatur non solu potentium, sed populi etiam magnis odijs maxima contentione : qui plurima velit, Plutarchi legat Ciceronem & Pompeium.

DE PHILIPPICIS.

Cic. imitatus Demosthenem in suis Philippicis.

DEmosthenem etsi quacunque inspiciatis, n gnum inspiciatis, tamen nulla parte maiore quam quod Cicero eum dignum iudicar quem imitando effingeret & exprimeret: nam c Demosthenes quatuor orationes in Philippum Ma donię regem scripsisset & Philippicas appellasset; C cero vt indicaret se has in Antonium ad illarum i tationem & formam expressisse, etiam Philippi dixit, quasi orationes in Antonium inumbratas ad lam eloquentiæ formam, quæ in Demosthenis Phil picis enitescit, hæc huius inscriptionis causa fuit, patet ex Quintiliani decimo libro, & Plutarchi Ci rone: scripsit senex Cicero... *Cætera desunt.*

HISTORIAE NARRATIO.

Quare Cic. Philippicas scripserit in Antonium.

CAusa cur scriberet istas in Antonium, hæc fu cum Cassius & Brutus percussores Cæsaris, A tij (locus hic erat designatus illorum exili propter veteranos Cæsaris sedes putarent sibi force tas & à periculo immunes, Cicero etiam sibi duxit dendum vrbe, quod faueret percussoribus, vel qu Antonij impotentem animum nec posset reprime nec vellet ferre: egit ergo magna contentione & obt nuit, vt cum Dolabella legatus mitteretur in Syria verùm Pansa & Hircius designati ineuntis anni co sules rogant, vt, dimissa legatione & perfectione il ac reip. consilio ac virtute adesset; sequente anno Cic. opera Antonium facile coacturos in ordine

hac

hac spe Cicero cogitat tantisper se addere in Athenas, quasi dulce literarum otium, dum Pansa & Hircius renunciati fuerunt consules : verum in medio itinere dum audit Antonium partes illas superbiæ deposuisse, clementiæ sumpsisse, redit Romam: die qui Cicero nis reditum proximè excipiebat, cogit senatum Antonius. Cicero veritus insidias simul at se fessum de via non posse interesse, quæ res ita commouit Antonium, vt summiserit milites, vel Ciceronem in Senatum perducerent, vel eius ædibus flammam subijcerent: sed placatus tandem ab ijs, qui paci studebant, abstinuit: huius iniuria tam altè insederat in Ciceronis animo, vt cum primùm Octauius Iulij Cæsaris hæres Romam redierat, hunc authoritate, opibus, consilio munierit aduersus Antonium, nec prius desierit, quàm Antonium metu coactum cedere vrbe, curarit hostem patriæ à senatu iudicandum hinc occasionem sumpsit has orationes dicendi in Antonium, partim in senatu, partim ad populum.

Antonij animus in Cic. hostilis.

PRIMAE PHILIPPICAE
Argumentum.

PRimò ostendit iustam fuisse, & ambitionis suæ & reuersionis rationem, scilicet vt Antonium vel sanaret, vel euerteret. Perstringit deinde quorundam inconstantiam in rep. gerenda, Antonij quædam facta, ac quædam intexit de Cæsaris morte, reliquisque actis, tam cautè & prudenter, vt Antonium conficiat, Cæsarem non violet. Postremò oratione ex intimo artificio petita, hortatur vtrunque Consulem, Dolabellam præsentem, Antonium absentem, vt redeant ad mentem, ac Remp. suscipiant iam tandem asserendam & antiquam libertatis ius vindicandam. Ex quibus facilè colligitis versari orationem in genere partim deliberatiuo, dum Antonium perstringit; partim iudiciali, dum obiecta diluit, in fine est acre ac vehemens dicendi genus, reliqua oratione moderatum ac temperate fusum. . . . Cætera desunt.

ROBERTI TVRNERI PARADOXON.

Melius est debere, quam non debere.

SERENISSIMO PRINCIPI AC Domino Ernesto Archiduci Austriæ, Duci Burgundiæ, &c. Imperatoris filio, Imperatoris fratri, Domino suo clementissimo.

Cogitantem litteras ad Serenitatem vestram dare res planè aduersæ versant, & quasi cogunt; Maies vestra & tenuitas mea: facit illa, vt nolim; hæc, vt velim scribere. Verum incredibilis vestra humanitas fu mihi animos, vt qui sperem tenues nostras, sed benevolas teras Serenissimo non ingratas fore: maximè cum vestræ renitati debeam, quantum nunquam possim minima pariet ferre. Nam quas ad Scipionem Gonzagam Cardinalem scrip pro me litteras, illæ tam arctè me Serenitati vestræ deuinx runt, vt videar mihi, si omninò taceam, impius: si loquar fra rem, ingratus. Quare vestrum hoc in me beneficium neq dicam, neque tacebo; quin potius mediam viam insistam agnoscamque me ita vobis debitorem esse, vt officium nec fim dicere, nec velim tacere. Et istud certè est cuiusdam m felicitatis: nam debere est felicitas, & maximè debere felici tas certè maxima paradoxon dixerit quis sed quia paradoxu lusi nescio quid, vt illud redderem probabile, id mitto ad Sere nitatem Vestram, vt rideat de meo lusu, quo ad occasio, tem pusque suppeditent serium aliquod ad testificationem me amoris in totam familiam Austriacam, quam colo, colamq omni obsequio, quamdiu erit vita.

PARA

PARADOXON.

Melius est debere, quam non debere,

Socratem Pharmacopæi pyxidi Alcibiades similem dixit & cur.

ALcibiades in suo symposio Socratem dum vellet colore vero viuoque exprimere eum Pharmacopæi pyxidem dixit. Pyxidem certe, extra si videas, intùs si penetres. Vidistis enim Pharmacopæi officinam pyxide vndique instructam, & pyxide, quæ præse ferebat harpyias, Satyros hædos reptantes, ceruos alatos, anseres cum frenis, alia monstra quæ priùs rideas quàm videas: at intus si penetres erit quod quæres, quæris? erit quod ames: amas? erit quod emas ingenti precio, lautas scilicet res, balsamum, ammomum, zebetum, ambram, muscum, alia, quæ seruant sanum, sanant ægrotum. Ad hanc normam exigebat Socratem, vultu, ac moribus taurum potiùs, quam hominem, extra si examines: at intus si iudices, Principē hominum, quo nihil vidit vel schola nitidius, vel mundus diuinius. Quorsum ista vt me purgem prius, quam peccem? nam cum hoc tempore pessimæ quæq; res vincant optimas, sensus intellectum, potus cerebrum, oculus visum: volo afferre paradoxon, quo nihil ne Stoa quidem audiuit implicatius: scilicet, *Melius esse debere, quam non debere.* Stupetis? vel desinite stupere meum Paradoxon: vel incipite stupere Pharmacopæi pyxidem extra monstrosam, intus pulchram, extra falsam, intus veram, extra dubiam, intus certam & ad normam Socratis penitus depictam. Date mihi; quæso hanc operam, vt me legatis. Ego vobis vicissim dabo illam operam, optimam, vt vos omnes beem: omnes si estis fælices, estis debitores: cum infælicibus nihil mihi hodie nec vnquam erit, si potero cauere: ordiar ab ouo, vt concoctio sit facilior. Homo natus est non sibi, sed alijs, alijs, etiam canibus, & bobus, ne putetis fortasse

Qui fælix, etiam debitor.

Homo non sibi sed aliis natus.

taſſe tantum, patriam, parentes amicos, cum Cice
ne ſiquidem Deus homines ea lege finxit: vt quem
modum ignis non ſe, ſed alios ſplendore ſuo, & arc
re complet: ſic homo quicquid habet genij, inge
moris, amoris, aliis habeat æquè ac ſibi, immo, ſi he
velit eſſe, aliis magis quam ſibi. Id homo ſi non is
ſua ipſe mentis luce, corporis illa fabrica pulcher
teque à natura diuino quodam ordine expreſſa fa
docebit, cito docebit, clarè docebit. Siquidem anim
illæ ſunt partes, vt corpus vegetet; corpori hæ, vt a
mum ſuſtentet; vtriq; æque pares, vt alter alterum m
tuo quodam fotu, & ſubſidio tueantur, ſi velit aut il
viuere, aut hic moueri. Hoc quid aliud eſt, quàm
mutuum debitorem, corpus animæ, animum corp
omnia omnibus? Ad iſta non videntur? malè Phi
ſophus es, qui vis videre. Tamen vt iſtud etiam
dem, vide in membris tuis ipſam veritatem. Oc
videt pedi, pes ſtat manui, manus tangit ori, os
ſtomacho, ſtomachos digerit corpori, redditque
pus tandem quod accepit, accepitque à ſingulis q
det, tanto ordine, tam arcta lege, tam certo tem
vt videamus Deum aut nolle hominem eſſe aut v
eſſe debitorem in omnibus partibus, non in ſing
tantum. Hæ res tanti apud me ſunt, vt cui velim ſe
eſſe amicus, illi certè velim eſſe debitor: nam qui
me afficit tanto beneficio, illi certè debeo, vt eum
ciſſim liquidiſſima voluptate afficiam, ſi poſſim; p
ſum autem nulla liquidiori via quam debitor: ſo
dem pecuniam cum reddo quanta voluptas? maior
liquidior fructu, perfectior cumulo, quàm illa Al
miſtarum de ſtamno mutato in argentum, cupro
aurum: hi enim non putant omninò ſe inuentu
quod quærunt; ſi inuenerint, extra ſe ſunt præ gaud
ſic debitores, ſi accipiant quod diffi culter ſe accep
ros ſperabant, ita exultant, & gaudio quaſi trium
phant, vt lætitia patris de filio ſeruato, præ hac, nu

Omnes corporis partes ſibi debitrices.

Gaudium debitoris quantum.

sit. Deus ex nihilo nos finxit: tantumnè? etiam, de nihilo homines nihili redemit, tamque arctè sibi deuinxit, vt simus mente & lingua indigni, si putemus nos posse aut mente parere, aut lingua edere gratias huic beneficio pares.

Debitores ergò esse Christo debemus velle, nisi velimus esse in Christum impij: videtur pars quædam diuinitatis, gerere in se formam Christi nec verius, nec melius geres, quam si, vt Christus sibi omnes, sic nos nobis plurimos faciamus creditores: esse creditorem, quanta res supra hominem, vt leuiter dicam: qui enim debitor est, id huic proprium, habere pro se omnes ad Deum supplices, scribunt de seruis Gallicis, qui erant eodem, quo domini, tumulo contecti, totos annos posuisse in precibus pro salute dominorum: ad hanc normam formo creditores; sudant, algent, orant, flent, rident suis debitoribus: quia hi illis timent (plus enim est illis pecunia, quam vita) ne creditum amittatur: moriuntur, illi his viuunt, vt esse debitorem sit esse dominum, si rem exigamus ad veritatis libellum. Boni verbi sint mihi testes mali, vsurarij Galli, qui quod frumenti pretium minueretur, litteras se fecerunt longas, malueruntque mori quam vitæ suæ aliquam fælicitatem communicare alijs. Quanto igitur illis charior pecunia, quam vita, tanto contentius pro debitoribus orant, non tam sibi vt diu viuant, quàm vt illis viuant feste & vtiliter: soluendo qui non est, creditori quid obligetur? Debitores ergo honorandi sunt, quid non honorandi? perpendite qua voluptate, dum vident ad se venientes Creditores, tam humiles, tam obsequentes, tam reuerenter vsque ad genua supplices, vt nihil magis antiqui Romani laudi ducebant maximæ prensari: nullus nullius ordinis Romæ maiori humanitatis specie prensabatur, quam à creditore debitor: creditores laudant, vt lædant; quan-

Esse debitorem est esse dominum.

quam dum lædunt, titillant, omnemq; quærunt via
qua obijciant debitori versuram, id est, copiam auge
dæ, non dico rei, sed fælicitatis ipsius: dic mihi Me
bæe, quid iam in debitorem vitij aut conuitij? si dic
vitium, contra est Deus, *Mutuum date, nihil ex eo spera*
tes, si conuitium, *facite* (inquit Christus) *amicos*, id est
facite vobis debitores *de mammona iniquitatis*, tolle mihi
quæso ex naturæ orbe debitores: quos vero reliquos
miseros omnes, qui non habent, cui credant: in
istud debere, videtur habere certam affinitatem quan
dam cum cælo, cum terra reliquisq; elementis in qui
bus tanta est concordia, tantus amor, vt terra non ve
esse sine reliquis, nec reliqua sine terra: ex quo faci
colligere est, vt vitam nostram cibo, potu, & aëre, in
naturam humanã mutuo debito sustineri: nec anim
huius vniuersi, quæ secundum Academicos omnes re
animat, sine debito suã obire functionem potest. Nam
si cogitemus mente Ideam mundi extra debitum, nihil
præter odium, inuidiam, turbam, cogitabimus. Men
pingamus Metrodori mundũ; Iouis lucta cũ Saturno
nullus vsus siderum, nulla intelligentiæ vis, nulla ne
cessitudo elementis cum elemento solis cũ luna, Deo
rum cum dæmonibus, aliarum rerum cum alijs, qui
non fœdi, tetri, abiecti obijciunt mentis tuæ oculo? vb
non aut est mutui datio, aut accepti redditio, introdu
citur chaos illud magnũ non magnum, in quo omnia
& nulla; & ideo nulla, quia omnia. Quid exclamo, con
fusionem? satis dixi, qui dixi, chaos. Mutuum ergo &
debitum debemus ponere, vt ponamus mundum ver
mundum ob ornatum & cum ornatu. Stellę quidẽ pul
chræ, sed sine opera solis fædæ; terra fructuosa, sed sine
subsidio aquæ monstrosa; æstas amæna, sed sine tem
peratione elementorũ pestilens: nihil est in hac machi
næ magnę molitione, aut magnum aut pulchrum, nisi
accipiat ab alijs, quo sit magnum & det alijs, quo sient
pulchra. Miror antiquitatẽ superstitionis vel matrẽ vel
alum-

In debitore nil vitij aut conuitij.

alumnam, quæ solem, cælum, solum, imo beluas consecrauit, tam fuisse hebetem & plumbeam, vt nullam debito & mutuo diuinitatem tribuerit. Nam si aliæ res Diuæ putarentur quod vtiles, cur non debitum, in illo cæli solio locatum, debitum, inquam, cuius vi viuit quicquid viuit, floret quicquid floret, splendescit quicquid splendescit. Quanquam sint aliæ res, aut possint esse non constrictæ ipsæ inter se mutui debitiq; iure diuino: homo vero non debitor quamdiu stabit? quid? stabit? cum dicto cadit: siquidem hominem tollimus, si tollimus amorem: amor vult debere, imo debet debere. Sed fingis hominem sine aut debito amoris, aut amore debiti. Quod monstrum? neget caput oculo pedem, oculus pedi visum, pes corpori statum, leuicula ista præ vt alia; manus ori, os stomacho, aliæ partes aliis negent quam debent functionem, quo ibit homo? in fumum & cinerem parentes suos: nec vllus hinc Aesculapius eum in lucem vnquam reuocauerit. At in mundo si debeant res rebus ex illo mutuo complexu, existet id quod miramur, non ornatum modo, sed firmum & æquum. Inter zonas, cælos cælorumq; motiones, quis amoris complexus? debitus iste: nam si tollis ipsos cælos tollis: elementa cum elementis tam arcte cohærent, vt elementa sibi inuicem videantur alimenta: dissolue hunc nodum: non potes certe, nisi vna dissoluas magnam hanc rerum machinam. Rerum inter se hæc concordia debita dat mundo deos onustos, Bacchum vino, Cererem frumento, Floram herba, Pomonam fructu: certe si quantum alter alteri debet, tantum quisque redderet, rediret nobis Saturnj, illud sæculum aureum, in quo non essent aurum, argentum, alia, illud meum, hoc tuum, sed omnia omnium, prout necessitas iudex aut index. Facessant Persæ, qui infamiam putant debere: facessant Vlpianus, Modestinus, alij minuti: vt iuris, sic pecuniæ aucupes, qui volunt in debito esse speciem quandam seruitutis. Debeo ego

Homo sine debito monstrū.

Debita concordia mundo dat deos onustos.

semperq; debere volo: cui? minimus maximo: cui subditus domino: cui? cliens sereniſsimo Principi Ernesto: qui quantum à Deo homo, tantum aliis hominibus ſuis, quaſi Deus largitur. Aliis quid & quantum debeo? quod charitas quaſi legem iubet, proximo me, quantum mei permittit aut pietas in Deum, reuerentia in Erneſtum. O fœlicem me, omnia debitorem.

ROBERTI TVRNERI ROMA IN BAVARIAM PROFICISCENTIS Hodœporicon, ſcriptum ad Michaelem Lauretanum Societatis Ieſu Collegij Germanici Rectorem.

NOn meæ negligentiæ fuit, ſed pudoris, dulciſsime Pater, quod poſtquam Bononia diſceſſerim, nihil ad te dederim literarum: nam hoc pudet ſcribere: quanquam quid pudet ſcribere, quod non puduit facere? Hæſi Patauij quinque plus minus menſes, ac ſic hæſi, vt mallem non ſcribere, quam ſcribere me Patauij eſſe: at cur hæſi? quaſi Patauij non eſſent, quæ meam mentem poſsint, non dico delinire ſpecie voluptatis falſa, ſed ipſo fructu acerrime commouere, docti Philoſophi, terſi Oratores, libri varia lepore referti, genus hominum politulum ac omni numero elegans: quid? quod Italia annulus aureus totius mundi? in hoc annulo gemmula Patauium: abſtulit vel annuli pretio, vel gemmulæ pulchella ſpecie diuitiis tam cito, fuit ſane, vt breuiter dicam, in animo meo quod in vlcere vnguis. Vlyſſes noluit ad Sirenum cantum hærere; ad Campaniæ delitias voluit Annibal prudenter Vlyſſes, ſuauiter Annibal: niſi fortaſſe ille ſtoice ſatis, hic effœminate nimis. Verum vt ego facio, probe

Patauij vrbis celebritas.

probem potius stoicum Vlyssem, quam effœminatum Annibalem, cum hic victæ Romæ insignem gloriam amiserit, ille recuperatæ patriæ summum fructum tulerit; tamen, vt me aperiam, videtur mihi & illud illius duriusculum supra hominem; & hoc huius molliusculum infra militem. Quare cum Patauium fuerat mihi & Campania & Siren, mediam triui viam, vt & me Campaniæ delitiis delinierim, non explerim cum Annibale, & Sirenum cantum prima aure exceperim, non excluserim omnino cum Vlysse: quanquam is sane sum, qui credam Vlyssem non fuisse ita stoicum, vt illius suauitatis tinnitum aliquem non passus sit influere, vt non grauiore videar reprehensione notandus ad exemplar Vlysis, in quo efficta à sapientissimis est expressio constantis viri, quod exceperim aure tinnitum, non hauserim animo voluptatem. Nam accepta à Duce pecunia, statim profectus sum in Germaniam. De pecunia ne quid suspiceris mali, scriptis literis rogaui, si me vellent, vt mihi submitterent pecuniam, id est, alas mihi appingerent, quibus volarem ad Ducem: putabam namque esse infra honorem meum (ignosce superbiæ) cum alij venirent, quasi inuitati pręmio, ego surreperem, quasi impulsus necessitate: quare hac mora consului, etiam fronti meæ, consului honori, idq; tam fructuose ac verecunde, vt nec pigeat, nec pudeat sic consuluisse, nisi tu irascaris, tam tarde consuluisse: quanquam aliud erat, sed nihil ad rem: cum sit satis purgatum de nulla culpa: quanquam fateor culpam, cum facile futurum sit, vt hanc tantillam, inter illas meas Collegij sordes facile quoque patiaris ac modice illo tuæ charitatis velo quasi quodam obtectam latere. Nunc tandem Monachij sum, ac expecto cum reliquis, quid nobis futurum sit. Quod si id cupias, quid expectamus vno verbulo: alij lautas illas magnificeq; opimas conditiones ego misellam nescio quam rem ipsa paupertate pauperiorem. Ac ne me

gaudeas

gaudeas hac paupertate pendere iam Deo pœnas m
temeritatis, quod Ingolstadio Lutetiam, Vendium
næuo quidem notum, postposuerim Rossensi perf
cto iam ipsis medullis, ac promissis statis humanissim
elicitus in Poloniam, mallem omnibus repugnantib
ac mala male ominantibus surrepere in Bauariam:
hic pauper ac miser ero (si fortasse pauper ac miser e
vt nihil sane putauero mea aut paupertate ditius,
miseria fœlicius: nam ita me nosti hominem (h
bene nosti) vt non curem, quam multa largiantur b
ni, sed quantula optimi; atque eadem animi consta
tia, seu potius constantiæ æquabilitate, prætulisse
me Regi Polono Ducem Bauariæ, qua aliquando co
tempserim præ Rossensi Moronum. Bonus fuit M
ronus, bonus Paleotus; sed optimus fuit Rossen
optimus Bauariæ Guilielmus, vt cum ego non cupia
esse bonorum ditissimus, sed optimos sequar, non op
mus, naturæ inductione, vel diuina præscriptione, v
lem, his teterrimis moribus, tantum esse pauper Al
Rossensis, Palleotti, Borromei, aut Guilielmi Duc
sextum non noui, quoad nostra dia illa Maria em
ex carceribus nos nobis restituat. Atque de Duce Bau
riæ sanctissimo, vt probes meum iudicium, dicam, q
hactenus viderim, ac stuporis plenus suspexerim M
nachij, vt in hac ætate alte antiqua, vt his moribus in
gniter pia, vt apud Germanos pure Romana. Verum
quod in discessu feceras, si iam quoque imperes,
quid viderim in itinere boni, quod pertulerim incom
modi, prius explicem, quam veniam ad hæc Bauarica
non defugio conditionem, patiaris me in reliquis
perbreuem, in Bauaricis bene longum. Ac vt in vtr
que liberiori cursu decurrat mea oratio, vellem acti
beri de stylo cautionem: quam? vt si oratio mea, q
solebat Ciceronianæ dictionis ac perpetuæ periodi l
ge arctius astringi, nunc quasi libertate donata co
temnat omnem periodi artisq; præscriptionem, no
id

ideo putes me mutasse aut genium aut ingenium meum, sed potius ab illa scribendi ratione, qua me & præceptio tinxit & imbuit natura, contra genium ac ingenium meum cõsilio deflexisse: nam in re omnium florentissima vellem ita florere orationem meam, vt non tardiori illa periodi prolapsione quasi repens retardetur, sed membris concisa ac interpuncta eat liberius, ac iamborum nonnunquam celeritate subsultans currat leuius. Scribo namque panegyrica, idq; ad normam Pliniorum, Pacatorum, Mamertinorum, quorum illa lex videtur fuisse, nulla vinciri lege, sed per campos eloquentiæ exspatiari libere, ac ad voluptatis quandam illecebram vndique decerpere flosculos rudi sane illius ætatis filo contextos. Hæc volui monere, vt non mireris, si qui solebam cupedias illas Ciceronianas apponere illis delicatulis, in hac re velim non tam miterе Tullium, quam sordere Mamertinum ac Pacatum, qui subrusticum illud, vt coqui Galli vrticas, condiunt tam suauiter, vt perdiderit sane palatum, qui non delectetur: sed cum hac cautione à tam æquo iudice satis impetrauero, ne hanc nouam meæ orationis faciem mireris, nedum reprehendas, ecce tibi rem ipsam, quam ab Vrbe perducam recto orationis filo ad aulam Bauaricam. De Ioanne Geldrensi ac aliis antea fuse, de tritissimis iam aut nihil, aut quasi nihil breuissime: nam illa, Fienzæ esse peregrinationem frequentia ac munere perreligiose cultam, Anconæ Cyriaci templum esse magnifice apparatum, Laureti Patres Societatis esse humanos, vbique furaces esse Vitturinos (illos loquor, qui equos ductant, genus homuncionum indignum quod notetur voce latina) notiora sunt, quam vt debeam: sed heus, Bononiæ, etsi norissimum est, tamen ita rarum est, mirum est, antiquum est, vt si non debeam, velim tamen scribere Paleottum, sic esse Cardinalem, vt vita exprimat monachum, hominem (vt breuiter dicam) moribus plane antiquis; aula eius edit,

Exemplar vitæ Cardinalium.

edit, dormit, loquitur, orat ad præscriptum tam cons
mode, vt si in monasterio plerunque posimus lege
aulam, hic in aula debeamus admirari monasteriu
illudq; tanta disciplina astrictum, vt sedatius ac mai
silentio tota die viuantur in aula, quam in cœnob
post preces diei vltimas: mensæ culta: est parsimon
quod culta est, videatur Cardinalis, quod parca, m
nachi: vsque eo vt refugerim ego eam potius tenui
parcam, quam appetierim exquisite cultam: quicqu
bibitur ac editur, id totum habent vasa picta omnia
argilla & terra: denique in mensa nihil visitur aureu
extra Paleottum aureolum illum senem ac Apostoli
vitæ expressionem viuam: cuius vita (vt videas re
magnam compressione verborum complicaram) t
tota est in actionibus sanctis, vt sonum excipiat orati
orationem missa, missam opera nauanda pauperibu
hanc operam cibus, cibum pia confabulatio, confab
lationem musa, musam audientia communis, comm
nem audientiam oratio totius familiæ, hanc oratio
nem cœna, cœnam silentium, quod non tam Paleo
ti, &, quæ ad Paleotti normam omnium domestic
rum, vt quas singuli cogitationes actionesq; hauseru
à Deo surgentes, illas iam omnes in Deum referant di
mituri: ô pium Paleottum: sed vt magis videas suos
res hominis, zelantis domum Dei, intra cancell
perpaucorum dierum, quibus hæsimus Bononiæ, Prin
cipem quendam inde ex Polonia pie informatum rec
pit in Ecclesiam, totam eius familiam numerosam, pu
neq; lautam confirmauit publice, ac muniuit Eucha
stia, conciones bis habuit ad nobilitatem ac Senatum
latinas, accumbētibus viginti quatuor pauperculis mi
nistrauit, suoq; exemplo prolegatum Pontificium Prin
cipemq; illum Polonum ad idem charitatis officium
illexit, Synodum parochorum suorum coegit, qua
minutus sum? stupet terra, gaudet cælum, alterum iam
post multos annos Petronium ad Bononienses quasi

In mensa nil, nisi homo virtute aureus videri debet.

cælo lapsum esse. De me vt dicam, ita me occupauit pene totum hic innocens senex, pauper, Princeps, aulicus, monachus, vt in terris cum nihil habeam potius, quam videre Venetias, nihil tamen propius fuit, quam hæsisse Bononiæ: vt quas res putat inconditus populus nulla cogitatione nedum naturæ vi posse coniungi, illas ego mirarer quam aptis cathenæ quasi nodulis innexæ ac implicitæ lucerent pulchre, in sene innocens, in principe pauper, in aulico monachus: verum cum nullus videretur consecuturus fructus, si hæsissem, vel quod coruus Luscinię non poteram esse gratus, vel quod ineptus sancto nolebam esse grauis, proficiscor Venetias, vt tantæ ciuitatis splendore, magnificentia, virtute, doctrina, lenirem sancti viri sanctum desiderium. Sed in itinere erat Ferraria, quod obiectus ager in regia via: ciuitas enim est si positu perbellá, nescio quo genere hominum sane fœda: nam ita molesti erant de pecunia, hic vt aperirent sarcinas: putaram Ciceronem è singulis pessimis singula vitia, quasi colores, sumpsisse, vt in vno Verre pingeret summam nequitiam ac fraudem; iam puto Ciceronis Verrem esse sanctum, si conferatur cum his maculis: quid putas? etiam libera est Florentia, si putes hanc seruiturem: ac ne quid etiam tu suspiceris non insigne: Eucliones Plautini vincuntur ab hospitibus, à lictoribus Balliones. breuiter inferos iurares, nisi quod non regnaret Pluto: regnat enim ille Princeps, cuius mentem natura informauit ad pietatem, pietas ad iustitiam, vt mirer tam iustum ac pium Principem horum è fæce homuncionum, vel impudentiam non refutare edicto, vel tyrannidem non præcidere gladio. Germanus stipator dicitur apud illum esse fortissimus, huius fortitudinem cur non vult acui in istorum capitibus quasi ramos, putandis? Carnifex dicitur esse in illa vrbe multus ac peritus, huius peritiam cur non vult nitere in sanguine paruorum istorum tyrannorum? Ita faueo gloriæ

Ferraria ciuitas situ perbellata fœda, ciuili-

Florentiæ inurbanitas & crudelitas.

gloriæ istius Principis, multis maiorum facinorib
partæ, vt hoc peterem sane, si quid à tanto Princ
possem petere sine impudentiæ labe, ne hanc perp
corum è plebe homuncionum pestem patiatur man
latius ad infamiam tantę familiæ, ad contagionem u
tæ vrbis. Vix posueram pedem extra vrbis septa, c
in sinu gauderem, quod liberarat me Ferraria, ita
mebam mihi à sarcina mea, quæ capitalis videba
aut grandi pecunia pianda, si patuisset paruis tyrann
illis, imo vix desij videre Ferrariam, quin cœper
cantare (quod nosti me in reliqua vita inuitum iolu
tanti fuit serio timuisse? ne me forte putes non libe
ter vidisse magnæ vrbis magnificentiam magnam. E
ceperunt me proxime Venetiæ: ô lætitiam, vt tace
vrbem in medio mari fluitantem, ædes quasi sine fu
damentis, nutantes ad speciem, ad firmitatem stantes
Ecclesiam D. Marci superne ad imitationem crucis
fabre expressam, inferne ad similitudinem maris p
chre sulcatam, seu verius vndulatam, D. Marci platea
omnium gentium omni lingua celebratam, lintr
stantes, lintres cursitantes, naues quasi in vicis, vic
quasi in nauibus, ipse pileus decore rotundus, manic
eleganter fluentes, seruus misere vinctus, carcer sord
de querulas, rauta rustice ridiculus, sermo pulchre ba
barus habebant voluptatem. O lætitiam vno verbo c
cam, Venetiæ si non essent, mundus non esset, ita
summa libertate omnia vincta sunt, idq; lege; in sum
ma affluentia omnia parca, idq; consuetudine; in sum
mis angustiis omnia varia, idq; arte: vbi temperanti
permiscent ars varia angustis tam pulchre; consuetud
parca affluentibus tam modice, lex vincta liberis tam
prudenter, vt valde essem lautæ, exquisitæq; natur
si alium desiderarem mundum; nisi illud fortasse n
mis videatur liberum, in angulo, contra consuetud
nem conuiuere; Illud nimis parcum, multa edicta tam
seruare male, quam condere bene, contra legem; illud
nimi

nimis varium, meretriculam tanquam frequentem colorem, pulchræ vrbis imagini fœde allini contra artẽ: sed ne videar illam vrbẽ perstrinxisse, quam omni honore vellem ornatam, ideo mũdus pulchellus est, quod habeat suas labes, nonnunquam in cęlo pluuiam, in sole ecclypsin, in solo illuuiem, in aëre pestem: vt quod sunt hæ siue labes siue gemmæ in mundo, id sunt in Venetijs illa. De reliquis vt indulgeam quanquam de hæresi vellem caueri, idq; bona lege benè seruata: nam eousque prorupit audacia hæretici, vt audeat non dico Romam notare conuitio, sed Venetijs irridere Venetum de veste sua, de forma sua reipublicæ, de Pontifice suo, de Deo suo. Mirum sanè, hæreticis istis delicatulis non placere Veneta, quanquam nil mirum, quibus penè stupidis certum est displicere Romana, hunc tamen vel deprauati palati stuporem, vel corrupti animi morbum pati Venetos, vt emanet ad contagionem, quanti pudoris? audet Geneuensis ille fabula Venetijs pungere: pungere? etiam venenum spargere: venenum spargere? etiam audacter: audacter? etiam in platea. audita loquor ac visa, illa verò quæ latent, qualia sunt? anguli illi, cathedræ illæ, illa cubicula, illa conciliabula, illæ synagogæ priuatæ quid loquuntur? seu verius quid non loquuntur ad perniciem? ô perniciem, ac illam, vt noceat tutius, periculosæ libertatis velo contectam: sed audio iniri rationem remedij, speroque breui adhibitum iri scalpellum ad vlcus, ne plenũ ac maturum erumpat; ac ad communẽ pestem totum effluat: hoc si fiat; Venetiæ habebunt speciem non mundi, sed cœli quadam quasi legis, doctrinæ magnificentiæ, virtutis perpulchra descriptione expressam: hic postquam aduerteram situs miraculum, palatiorum multitudinem, vrbis legem, populi mentem ingenuamque naturam, omnia denique commodæ ac perinsignia, ita mirabar, ita amabam, vt doluerint sanè ingenij mentisque meæ vim tam angustis naturæ regionibus

definitam esse, vt possit potius mirari omnia, quã
amare singula ab huius vrbis hac suauitate, etsi vir
debar posse diuelli, diuellor tamen, pergoque Pa
uium, vt videam: video primùm, sed non amo, non
ror: mentem meam præoccupatam defixerant stup
Venetiæ, verùm postquam benè videram, etiam
ror, etiam amo: quid? illa gens ad Venetiarum leg
tam libera, Athenarum formam tam docta, ad Ro
imitationem tam polita faciet, vt amem, faciet vt
rer, nisi ad Stoæ fortasse normã nihil sit, quod ame
nihil quod mirer. At si me putes amplificare rem,
rem est oratio, nam Picholomei, Archangeli, a
me tandem expediam) reliquæ cathedræ perdocta
nè omnes effecerunt, vt quas venerata est antiqu
Stoas, Academias, Athenas non desiderem, aut certe
valdè desiderem; ita hic illarum forma omni artis
genijque colore egregiè polita est. De me fateor li
rè, penè sederam ad harũ Sirenum hos scopulos, ca
vel rei vtilitate, vel suauitate populi, voluptatem ta
ne me putet aliquem è fæce Epicureum: tamen vt il
honesta indicem honestam voluptatem, fuit tanta
luptatis, quantam vix poteram his pectoris mei a
stijs capere, habuisse Patauij fautorẽ Episcopum, a
cum Barisonem singulari humanitate, authoritate
ctrina virum. De Achille? ita suauis fuit, facilis
candidus fuit, vt suauitatem, facilitatem, candore
ipsum putem esse, quod Achilles ita amauit Angl
excepit discipulum, ornauit Germanici Colleg
lumnum, vt iurarem facilè ad hanc normam debe
exigi charitatem Christianam: aut si non sit spera
vt omnes, quicunque fusi per orbem sumus, ad ha
formam simus Christiani, religiosos tamen illos di
ciles ac nimis politicè prudentes, qui dum multa
ciunt bono animo piè, sed non recta ac regia via fi
dole, edunt illas magnas ruinas, reuocarent ad ha
normam libenter, quia hoc est tulisse punctum:
frustr

frustra, quia nisi haberent quidam admistas summæ pietati ac sinceræ menti labeculas hasce, non videretur Achilles tulisse punctum, ineptus sum, qui tam difficilem subeo prouinciam huius viri laudandi: in quo ille vestræ sanctæ societatis sanctus author spirat Ignatius, aut in nullo spirat: huius opera, vt ames hominem magis, creatus sum Doctor. Hinc recta proficiscor in Germaniam, Eheu mi pater quàm inuitè? putares ad crucem: non quod libenter sim profectus in Germaniam, sed quod Italiæ suauitas, prudentia, virtus, doctrina, eos mihi motus inusserint amoris, vt à recto sensu non videar ipse mihi iudicasse, nisi tot Italiæ tamq; confertis suauitatibus postposuero reliquum orbem: vis dicam? quo animo fuit Aeneas, cum Troiam suam despiceret fumantem, eodem fui ego cum eram relicturus Italiam, Deine dicam filiam, an naturæ miraculum? quanquam dicendo id conor, vt videas mentem, tamen dicendo non id assequor, vt exprimam dolorem meũ tam grauem sanè eum ac altum, vt si ad eius expressionem adhibeatur aliquis & Ciceronis arte perpolitus & Orestis illius tragico furore percitus, hærere facilius possit victus quàm hiscere commotus: tanti tamen fuit vox illa mea missa ad Pontificem, scripta ad Ducem Guilielmum de profectione mea in Bauariam, vt si optio daretur vel doloris eunti, vel voluptatis manenti, statuerim potius eundum cum summo dolore, quam manendum cum summa voluptate. Vides dolorẽ satis per magnum, hunc tamen doloris morsum fecit aculeatiorem prima illa Germaniæ facies: nam à Germania dum proximè abes, noua terræ facies, quacunq; defigis oculum obijcitur: in Tyrolim dum peneàras putes non potuisse vestigium non in terra quam tuentur homines, sed in horrore horrificum vocat Virgilius antrum Polyphemi; nitet si videas hunc horrorẽ, conquiras non dico ex Lucano Harpyarũ sedes, nec ex Tacito montes Britanniæ, sed ex tota Poëtarum ac

Historicorum gente omnes specus : valles loco si
depressæ altissimè, montes subeunt in cælum, rupes
teruulsæ hiant, squallent viæ niuibus, horrent sp
agri, aër frigore constrictus liberum impedit sp
tum : miror si non mireris me pedem in Italiam
retulisse perculsum hac specie: pergo tamen, vt la
constantiam : si facit fortasse mea oratio vt Tyro
metiaris specie, vide sis quid agas: non est quæ vid
mala; est quæ non videtur optima; si optimam pu
quæ montes habet horridos sed aureos; viros etiam
dos quos habet, habet ingenioſos, ac vt taceam mei
lacheri suauitatem, vellem definias reliquos Tyro
ses vnius rustici ingenio, seu verius reliquorum ru
corum ingenia vnius Fauni montani respon
peracuta sanè fuit: audi. Aggregarat se Venetijs ad
quidam totus sanè factus ex simplicitate, si metu
hominem fronte, ille tamen verè, quem optarem
per & vitæ degendæ, & itineris faciundi comitem
in videndo erat prudenter curiosus, in peruidendo
dulò lynceus : nec id mirum, qui peragrata tota Pa
stina, Græcia, Turcia, longo vsu didicerat, illud pe
grinari, antiquorū Philosophorum, nihil fuisse al
quam quadam simplicitatis specie, quæ cures, ea a
temnere, vt rectius peruidea; quæ non cures, ea n
ri, vt tutius olfacias : quare cùm ego sæpius quas
verborum quasi detestatione prosecutus fuissem hu
Tyrolensium montium fœditatem, Apage, inquit
voces: lauda potius omnia, vt deuincias homines;
rare singula, vt exquiras sententias : non ideo ve
nos, si rectè ac ad prudentiæ regulam instituem
peregrinationem, vt reprehendamus, quæ patent;
vt eruamus, quæ latent; illa naturam in medio po
se, hæc occuluisse, ac quibusdam quasi sordium inte
mentis texisse, in quibus eruendis acuatur indu
ingenioſorum: ego hominem græca latinaque lingu
varia doctrina, multoque vsu perinsignem primò in

Peregrinari quid sit.

dere quasi stultè curiosum in tantis sordibus, ille tamẽ pertinaciter ac sedulò rogare de singulis, de terra, de fodinis, de arboribus, de feris, de niuibus, etiam de vaccis, caseo ac lacte, ac me ridentem vt refelleret, caperans frontem proteruius, addit, etiam in lacte, ne fallaris, caseo, ac vaccis esse si non miracula Dei, certè mysteria naturæ. Cum intellexissem, homines tueri illos montes, seruare vaccas, exprimere lac, cogere caseos, habere canes vastissimæ magnitudinis, qui arceant ab ædibus, ac armento vrsos, lupos, aliasque multi numeri feras, hortatur vt videamus: ille rogat de viris: qui indicent viam, adsunt duo cum baculo, tunica ex vrsi exuuijs, scalis, calceis noui generis: quid istaꝰ cum accessus montis quacunque ascenderis, præruptus sit, præceps, lubricus, periculosè ad figendum vestigium, succingunt pedibus, calceos, ferro pedem totum oblongos, inferius productos, superius fibula subnexos, cuspide anterius peracuta extantes ad similitudinem proboscidis: cum meus comes fuerat baculo in manu, scalis ad tergum, tunica per corpus, ferramentis sub pedibus ita munitus, vt ridere nouum Cacum, ascendit montem, nullius credo docti vestigio anteà notatum irruunt primo canes compescuntur, proruunt homines ex antris, suspicati vrsum; salutantur: rodant quid rei sit, respondetur, ad voluptatem, esse exterum, esse curiosum, cupere videre, rogare remunerari etiamsi quid largiantur aut esurienti extero humaniter, aut interroganti curioso officiosè recipiunt tecto, seu potius antro; sternunt mensam, seu potius terram, apponunt lac omnis generis, pressum, coagulum, fluidum: nunquid aliud? etiam panem satis commodè tostum, quem non contemneret homo lautus, & carnes vrsi ac cerui sapidissimè conditas, quas lingerent delicatulæ illæ ex media Italiæ tenellæ virgines: post omnes dapes assident, de pretio (vt moris in Italia est, ne parcius edatur, dum timetur pretium) iubent

bono esse animo, venire hîc mensam non pecuniæ amore, satis pendi, si quod apponitur, non contem-

Tyrolensium rusticorum vrbanitas.

tur: non contemni indicium esse, si edatur, non lî-tur: quo nomine appellas hos homines? non sunt vr-ni, quia in montibus non rustici, quia ad normam normam? video vrbanos: in montibus? puto rustic- sed vt explicem: sunt cinnus quidam tam aptè mi- ex vrbanitate ac rusticitate, vt putem illos appel- dos vel rusticè vrbanos, vel vrbanè rusticos: nec r- ror, si communem loquendi rationem videar vio- se, cum ratio premat, vt si mons, in quo fixerun- dem, faciat eos montanos, vrbanitas, qua limantur, gat eos vrbanos. Sed in nomine ne quid ego po- magnum, si huius mei comitis audires oration- qua istas pingit suauiantes, amantes; laudantes, p- res ad hanc normam fuisse expressos antiquos il- ad hanc nos, debere excoli: nostram iam vrbanita- esse rusticam: planeque barbaram: cum omnia ro- set hic, respondissent illi, vt nihil aut omissum à cu- so, aut prætermissum ab officiosis videretur, ac no- sol inclinans, quàm canis latrans (sequuntur enim grege educendo, reducendo non solis cursum, sed- nis sagacitatem? cogenda indicarent armenta, mon- si velit illa nocte esse hospes, instratam fore pal- mundam, ac curatum illum iri, si non opiparè pro- dignitate; certè pro illorum voluntate amicè ac be- uolè: meus agere gratias, non quod contemneret, quod nollet esse molestus: illi cõtrà vociferari vn- ce omnes, non fore molestiæ, sed voluptatis; vt ill- retinuissent apud se hospitem illa nocte, nisi de dixisset expectante: probatta ratione, currunt quid- ad gregem, ducunt hunc quidam ad descensum: l- danti dum itur, omnia fœlicia, amœna, humana, D- inquit, è rusticis vnus, dic sodes, placetnè nostra h- rusticitas? pergit meus seriò confirmare, pergit rustic- seriò triumphare; in his mutuis quasi vicibus ill- con-

confirmantis, huius triumphantis interponit se alter è rusticis, ac prehensa manu mei comitis renidens, excipit, id esse voluptatis, quod inciderint iam tandem in bonum ac sincerum vrbicum, qui amaret in rebus non optimis optimam voluntatem eorum, qui cuperent placere hoc aculeatè, illud quam ingeniosè? tamen si quæ dicis placere: dicas pergit rusticus, non tam quod placent bona bono, quam vt irrideas non malos malus (moris enim est apud vrbicos assentari præsentibus, vt vrant acerbius absentes) ne glorieris te nos irrisisse impunè, velim intelligas nos gaudere, quod vrbici vestri ea imbuti sunt peruersitate opinionis, vt putent omnia nostra horrida, barbara, belluina: si enim cognossent amœnitatem montium, gustassent delicias, ipsi, detrusis nobis in valles, subirent in hanc montium altitudinem ac amœnitatem, excitarentque pro antris palatia, pro solitudine ciuitates, vt non multò pòst suspiceretur hic Roma non temneretur vastitas; Principes obseruarentur, non timerentur vrsi: comes meus vt ederet sinceritatis suæ, quam audit à rustico non rusticè vocari in dubitationem, certum signum, narrat, ineptum esse genus improbantium omnia, quæ non sunt nata in vrbe: tantum abesse illum ab hac mente; vt hanc illorum vitam sinceram, nulloque simulationis tegumento implicitam optaret cultam esse à ciuibus; ac demùm vt nihil contempsisse videretur subijcit, Romam quæ nunc est, fuisse aliquando vastam solitudinem, ac hac specie septis montium inclusam: hîc consecutæ sunt supplosiones pedum, proiectiones brachiorum, cachinni. Cùm egissent inter se gratias, comes quòd suauiter acceptus, rustici quòd honestati magnificè, disceditur ab his, descenditur ab illo: rogantem me, quid rei erat, obtundit narratione longa de antris vrsorum, de lupis, de niuibus, de crystallo, de canum natura, de caseo, de lacte, de amœnitate, de piscatu, de venatu, de valli-

bus in ſummo monte, de victu ruſticorum, de
denique (vt reliqua taceam quæ multa eruit ad
ac eleganter ſcripſit ad voluptatem) id vnum de
corum hoſpitalitate, prudentique orationem, quo
prà expreſsi, narrauit tam ſcitè, ac omnia vel huiu
alterius generis tam veriſimiliter, vt ſtatuerim ide
prudentis maximè, vel videre, quæ condemne
non condemnare, quæ non videris: nam ſpecies loc
tur Tyrolim eſſe horridam, fructus fælicem, for
loquitur Tyrolenſes eſſe plumbeos, oratio aureo
peracutos, vt ſi in terra aut hominibus id quod vide
malum, potius vituperatio, quàm hoc quod eſt bon
laudauero, nō longè videar abeſſe ab illo ingenio ac
dicio, cuius homo Tyrolenſis præfert potius ſpec
quàm refert naturam: omnia volui tibi patere, q
natura apud Tyrolenſes vel implicuit inuolucris p
chra eruenda prudentius, vel obiecit horrida er
lenda ruſticis: verùm cum ſatis iam videris Tyro
foris deformen, fertilem intus, iam tandem veni
in Bauariam noſtram, quæ ita nihil præ ſe fert hor
ris Tyrollenſis, vt niſi cogites Italiam, vix cognoſ
Bauariam montes habet & valles roſidos illos, i
guas has; eccam voluptatem: ſyluas habet & pla
ciem; commodas illas, apertam hanc, eccam vtilitat
in vtilitate ac voluptate hanc quam requirit Virgil
agri fertilis beneq; nati varietatem aptè deſignat
niſi aduertas, non ſatis aduertis, quo tendebat ora
mea: quid? quod timebam gentem barbaram? polit
res: hæreſi obſtrictam: colit religionem: deniq; tim
bā paruos dæmones, inuenio Angelos. omnia alia ſu
quanquam deſcripta ſunt mihi ab ineptis hominib
qui vt placeant quibuſdam peſsimi palati, illis ſcil.
temptoribus rerum omnium non ſuarum, non ſolu
mala aliena præferunt bonis ſuis, ſed etiam optim
ſua pingunt falſis coloribus peſsima: id quod ego
liberius addo etiam, & verius poſſum confirmare, qu
maiore

maiorem contentionem fixeram in omnibus inquirendis, vestigandis, odorandis. Quippe sexto die postquam Monachium veneram, non me aperio, quin simulata persona abdome in locum secretiorem, vt videam mores, aduertam quid sit faciendum, vt placeam, quid non faciendum, ne displiceam: qua mea minuta exquisitaque diligentia, etsi non sum consecutus, vt Bauarorum teneam venas, sensusque penitus degustem, id tamen habeo, qui ijs insipidi immitisque ingenij aspergunt infamiam, nihil dicere: nisi fortasse, qui exterum amant sacerdotem obseruant, religionis rectam viam persequuntur, omnia probæ mitisque naturæ edunt signa, hos tu putes & sine sale insipidos, & cum rusticitate immites: amabo te, inspice Monachium, inspice aulam, inspice principem. Monachium habet terram nec ardore hiulam, nec luto squalidam; habet mœnia quæ campos pomœria quæ quæ putes hortos; habet populum expolitum suauitate, habet: quid multa pulchra, suauia, bona? sed nihil melius, suauius, pulchrius aula: aula namque ita est descripta munijs, vt sacellum præferat speciem cœli: bibliotheca, Academiæ; magnificentia, mundi; disciplina, monasterij: dicam maiora: habet aula gynæceum nobilium virginum, sanctarum, diceres chorum; sed habet nobilem instructum à malitia, informatum à natura, imbutum puritate religionis habet: quid? multa præclara, summa, diuina, sed nihil præclarius, maius, diuinius ipso Principe. Non dicam ergò aulam: non dicam Monachium, dicam principem, atque ita dicam, vt cum succi temperatio, habitusque recta conformatio ex capite fluat necessariò ad membra, facile videas in vno principe totam aulam, Monachium totam: non tibi temperas de Principe? vt leniam sitim, exordior: summissus videtur, amares Arsenium; longus est, putares Herculem; terribilis videtur, timeres Nabuchodonosorem; mellitus est, amares

Monachiũ qualis vrbs.

Absolonem ac ne mireris hanc longam summissio-
nem ac mellitum terrorem longitudo est corporis, co-
nat hominem; summissio est animi, absoluit Christia-
num; terror est vultus, exprimit Principem; melli-
sermonis, refert bonum: vt cum ex hac mea tenui
inumbratione facilè pro tuo acumine colligas sum-
mum Principem, reliquas siue vultus decenter nigel-
siue corporis aptè conformati minutias præter atten
sit attexere: tamen de animo pij Principis vt videatu
clarius, addam illud vnum, cum ita ardere Zelo, vt in
Principe Germano possis venerari Boromeum, amare
Theodosium hunc mortuum, illum viuum hem, quid
dixeram? vtrunque viuum debebam dicere in Guilie-
mo nostro, ita putat hæreseos ramos, inserit religio
nis stirpes. Si respiciamus tempora, quæ retrò decur-
sunt, legimus; si intueamur in tempora, quæ iam
fluunt, vidimus aut certè audimus nihil magis Princi-
pum, aut magnorum spiritus fregisse, aut piorum stu-
dia retardasse, quàm malarum mulierum importu-
consilia, flent, rident, tumultuantur: obsecrant, illi-
ciunt: cogunt, vt id totum, quod ex illis non proficis-
tur, excludatur: nec morantur quam oportuna consi-
lia, aut pias actiones excludant, atque vt caueas ma-
lum omen, vtrunque tam periculosè; si præter volun-
tatem illarum, contra voluptate sit, turbant, fæces
sunt, inficiunt; faces sunt, inflammant vt si insperses
aquam ad extinguendam facem, augeas fæcem, quæ
conficiat; si adieceris flammam, ad fæcem hauries
dam, augeas flammam, quæ consumat, nusquam est
locus consilio, si molianturac ne ego, si in nostri tem-
poris pestes intendam digitum, me quoque fæce, fæ-
implicem, per amicitiam nostram audias à me nostri
temporis non pestes sed heroinas, satis est ad rem
comprehendendam, si cogites Marci Aurelij Faustæ
nam, Deus bone, quã vulpem, quã leænam quam sucm,
quam pestem imperij? expiscabatur consilia sui mariti:
quàm

quàm cautè? seuiebat in capita bonorum quam crudeliter? sternebat lectum genialem Imperatoris multis: quam fædè? Imperij maiestatem vocabat in discrimen, quam periculosè? Quorsum hæc? Quæ omnium vnquam vsquam laudatissima heroina est Renata Ducis Guilielmi coniunx opponenda est malis omnibus, bonis pauculis ipsa optima..... *Cætera desunt.*

ROBERTI TVRNERI

Liber, De Concionatore.

MVltæ sunt Sacerdotis actiones, eæque singulæ non vtiles modo, sed etiam necessariæ; nulla tamen aut re grauior aut ad fructum vberior quàm illa concionari: hæc functio, quantum habet vtilitatis: tantum certè & difficultatis: difficultas tamen non impedit, quo minus omnes cupiamus aut esse, aut videri concionatores; imò quo maior obijcitur difficultas, eò contentiori studio prensamus nobis concionatoris aut veri verum aut simulati simulatam laudem: tritum illud, pulchra, quæ difficilia: pulchra? ingenium certè hominum inflammant, non tantùm: hæc causa, cur plurimi prius docent, quàm discunt; ideoque grauissimè peccant, quòd cùm velint & debeant docere, non velint, tamen nec soleant discere: vobis autem, qui debetis concionari, vt possitis benè concionari, conabor breuissima præceptione efficere: præceptionem hanc, tribus capitibus, tanquam cancellis, includam, vita doctrina, arte: nam etsi videmus aliquando Concionatores facere potius quam explere officiũ istud, sine exquisita arte, magna doctrina aut pura vita: tamẽ id sit nobis doctrinæ fundamentum esse, vt artem sine doctrina meretricem,

sic

sic doctrinam sine vita pestem: tamen ne perfectam videar velle præscribere, id est, omnia supra vestras vires, perfectum hoc, & omni numero expletum requiro tantùm in vita, artis & doctrinæ mediocre illud & plebeium, & vobis ad vsum, & mihi ad præceptionem satis hoc tempore erit.

CAPVT I.

De vita Concionatoris.

Tria monstra quæ.

VIta Concionatoris est anima concionis: nam tantam vim concio relinquit in mentibus posimpressam, quantam habet concionator bonæ vitæ existimationem: pulchrè illi quisquis erat hanostra ætate, Tria monstra esse communia: puerum scilicet Episcopum, concionatorem impurum, regem fœminam: horum monstrorum illud maximum, concionator impurus: nam quantum monet verbo, ne faciamus; tantùm monet facto, vt faciamus mala: cordis & oris linguæ & actionis dissimilitudo in vnius hominis corpusculum inclusæ habet monstri fœdissimam speciem: non potest profectò benè dicere, qui non solet benè facere. Christus cœpit prius facere, postea prædicare; vt doceat, in dicto esse vanidum florem, nisi ex facto sit viuidus neruus: vnde illud Basilij argutum, à concionatore dici elegantius voce quàm vita; fructuosius vita, quàm voce. Illud Ethnici, hoc Christiani oratoris esse. Sacræ litteræ concionatorem appellant salem terræ: cuius terræ? populi scilicet putidi moribus, insipidi vita, hanc terram concionator iubetur condire vitæ tanquam salis, vel puritate, vel sapore: si non condierit: terræ vitium assignabitur sali: accusabiturque in extremo iudicio non tam terra, quòd squalluerit; quàm sal quod non condierit: vt breuiter

Basilij dictum.

uiter dicam, fructus verbi consequitur semper fructum vitæ, & tam quisque concionator bene dixit quam bene vixit: nunquam non credimus, aut certè difficulter credimus ijs, qui quod verbo confirmant, facto infirmant. Arrio nihil elegantius: quid effecit? vt populus stuperet verbum. Bonauentura nihil putidius: quid efficit? vt populus sitiret cœlum: verbum ergo bonum sine bona vita, tenebit aures; bona vita sine bono verbo mouebit mentes: bonum verbum cum bona vita aures menteſque ponet in cœlo. Hiſpani, Galli, & Itali cum viderent in vita tantum esse momenti ad concionis fructum, cognoscerentque frugalitatem humanum vix posse esse à labeculis integram; eam inierunt vitam, vt concionator subderet se commercijs ac sermonibus hominum, atque quam non potuit vitare naturæ fragilitatem, eam celaret, & parietum obstructione tegeret: vnde apud has gentes nihil tam insolens quàm in compitis & compotationum circulis videre parochos concionatores: imo quia parochi coguntur sæpe se sermonibus & hominum consuetudinibus inserere, concionatoris cura & functio imposita est penè solis monachis, qui nunquam concionantur, nisi vel apud eos, quibus eorum puritas est persuasa, vel apud hos, quibus illorum fragilitas est obtecta. Hæc lex tibi fixa, quisquis es concionator: Viuas benè; si non; tege saltem te pariete. Quod si cui vrbi concionatur talis obtingat, qui viuat bene, & dicat bene, & obeat vrbem flamma diuina ardens, ægris & moribundis solatio & auxilio, modestus, cautus, prudens, dulci promptus ore aures, confitenti, manus indigenti, cor omnibus præbens, næ illa vrbs feliciſſima est, imò infeliciſſima est, si mala est: illi enim pœna præceps imminet, si suo concionatori paret. Apage autem illos concionatores, qui vt sanctuli videantur, vitant consortium & consuetudinem suorum: sed videntur quod sunt, morosi aut superbi.

CA-

CAPVT II.

Humilitatem & Zelum concionatori virtutes maximè necessarias.

CVm omnes virtutes ornant concionatorem, tùm illa maxime virtutum sane maxima, humilitas: humanæ menti infixit Deus & penitus inussit motum quendam suæ naturæ perficiendæ, omnique virtute expoliendæ, eumq; tam vehementem, ut nisi summæ perfectionis numero expleto, numquam conquiescat. Hæc causa est cur homo conetur sæpius & extra se, & supra se id est, verè contra se: nam cum cupit esse id summum, quod potest esse, præfert se ipsum, & se supra se ita effert, vt malit nihil esse, quam non esse omnia: istud est, esse superbum, omnia scilicet contemnere præ se, aut se putare omnia. Huius appetitionis immoderatam vim humilitas tenet intra lineas, iubetq; contentum esse ijs potentiæ, doctrinæ, & virtutis terminis, quos Deus pegit: vnde humilitas benè describitur, frenum mentis immoderatè se efferentis contra se, & supra se, eam ducens & tenens intra naturæ & rationis gyrum: hanc qui consecutus est, is certe sapientissimus hominum habetur: nam omnia fert à Deo, diuitias vt materiem virtutis, paupertatem vt segetem pœnitentiæ, carcerem vt meritum, libertatem vt donum, vno verbo id tantũ vult esse, & gaudet esse, quod Deus dedit. Humilitatis ergo perfectio est, se omnia sua exigere ad normam diuinæ voluntatis: vt scilicet tùm quis censeatur summè humilis, si id solum, & id omne vult, quod Deus vult. Hæc virtus sedem sibi maximè quærit in concionatore. Nam cum concionator,

Quid sit, superbus esse.

Quid sit humilitas.

nator, reliquis tacentibus, & solus dicat, idque è superiori loco quasi summus & princeps eorum, qui adsunt, facilè fit, vt vel omnes contemnat præ se, vel se supra omnes efferat, pereatq; fructus boni verbi, quod concionator malè iecit: malè certè, quia quadam quasi manu superbiæ. Deinde hinc periculum est concionatori, quod ex sermonis elegantia, gestus conformatione, doctrinæ opinione alijsq; prærogatiuis, obijciatur spes & species gloriæ: qua esca si capiatur concionator, id tantum fructus percipit ex labore, vt laudetur pulchre dixisse. Finis autem concionis est, dicere non pulchrè, sed benè, non ad gloriam suam sed ad fructũ auditorum. Qui aucupatur è suggestu gloriam, inquit Ambrosius inuertit naturam, & quantum in se est, Deũ euertit. Deum enim præpostero & peruerso ordine refert ad se, qui se ad Deum debuit referre. Qui Deum ad se refert, se facit præstantiorem Deo: fit plerunq; diabolus, qui vult videri Deus. Quare humilitatis fœno fit, vt concionator totum se referat ad gloriam Dei; nihilque velit nisi Deum, & à Deo atque humanis laudibus non magis moueatur, quàm fumilis & ventulis: eloquentiam, doctrinam authoritatem, omnia, qui cœlo refert acceptata, Deoque reddit id, quicquid homines aspergunt laudis, huic Deus certè dabit, vt bene seminasse, sic bene metere. Humilitas parit Zelum animarum; sine quo istud ipsum, concionari, habet magnum tædium, & nullum fructum. Zelus autem animarum docet, omnia facere, pati, dicere, cogitare, ad bonum proximi, ita vt velit esse ad normam Pauli, anathema pro fratribus: non curandum est, contra quem dicas potentes, impotentes, docti, indocti, omnes eodem tibi loco debent esse: quisquis peccat, iste sentiat aut perseuerans vindicem, aut pœnitens parentem: vnde peccent grauissimè concionatores illi, qui secundam Prophetam assuunt puluillos, & cubitis

Concionis finis est non ad gloriam suam, sed ad fructũ auditorum dicere.

Humilitas decet concionatorem quæ zelũ parit animarum.

Concionatores nihil quod dicendum est, debent celare.

bitis auditorum subijciunt, id est, qui nihil libere dicunt, aut si quid sit dicendum, id vel tacent, vel palpant tàm blandulè, vt videantur aperuisse quendam adulationis, non Euangelij ludum. Vt boni concionatoris expleas numerum excitandus est tibi Zelus; vulnus subditi, si quod incipit molliendum est, si quod induruerit secandum & vrendum : has duas virtutes explicui, non quod hæ solæ decent concionatorem sed quod maximè decent. Nam etsi omnes virtutes habeat extra has, frustra habet vt concionator: illæ enim faciunt bonum virum, nos quærimus bonum concionatorem, frustrà instructum à reliquis virtutibus, si has duæ absint, humilitas & Zelus animarum: ad has nos incitat ipse Christus: sciuit omnia Deus, tamen homo fatetur, se ignorasse diem iudicij: plenus fuit omni diuinitate: tamen hanc diuinitatem velo carnis ita texit vt de illo legatur à duodecimo anno vsque ad trigesimum nullam diuinitatis aut edidisse actionem, aut misisse vocem: id summæ humilitatis erat indicium quòd laborum & dolorum, quos in carne perpetuos tulit pro nobis, aut nullum fructum in hac vita cepit aut eum solum quod latronem habuit diuinitatis & innocentiæ suæ semel præconem. Totus fuit zelus videte principium vitæ; disputat in templo: videte finem vitæ; moritur pro hostibus: quæ media vita interfluxit, plena fuit laboribus, doloribus, concionibus, contumelijs, orationibus, siti, fame, nuditate, aceto, felle, omnibus & singulis monumentis sui in nos zeli: vt in angustias conijciam omnia, qui vult cum fructu concionari, his ille legibus teneatur: benè viuito: humiliter cogitato: dicito libere: si sordes & næuos habes, vita publicum, illas pariete tege, hos seris obstrue: næui etenim emanantes in vulgus timendum est, vt tanquam zizania fructum verbi vel præcerpant vel obruant: ista tamen sic facito, vt superbi aut morosi labem non subeas: id erit, si temperata quadam graui-

Cæteræ virtutes extra humilitatem & zelum animarum frustra sunt.

Zelus Christi ambulantis ad huc in terra.

grauitate ostenderis te velle tuis potius viuere ad exemplum, quàm dicere ad authoritatem.

CAPVT III.

De doctrina Concionatoris.

COncionator tum demùm perfectus erit, & omni numero expletus, si artes inferiores Grammaticam, Rhetoricam, Philosophiam plenè ordineque complexus fuerit: verum quia nos præceptione nostra formamus & polimus concionatorem, non qui omnia possit, sed qui suum officium possit prudentiæ quadam falce ita resecabimus superflua, vt quæ supersunt, & necessaria, & pauca ea possit quilibet non omninò plumbeus, animo & cogitatione comprehendere.

CAPVT IV.

De Philosophia.

AVgustinus, Cyprianus, Nazianzenus, Dionysius, alijque maximi illi Euangelij præcones tantum habuerunt Philosophiæ vt si non fuissent summi Theologi, potuissent haberi summi Philosophi: hanc excellentem laudem consecutos illos ex Philosophia penitus statuo: quare qui clamat vel hæretici vel imperiti, Philosophiam Theologo esse vel exitiosam, vel non vtilem; refelluntur maximis authoribus, & ideò maximis, quia Philosophis. Philosophia est donum Dei, quomodo ergò exitiosa? est fundamentum naturæ, quomodo ergò non vtilis? Tertuilianus vocat Philosophos Patriarchas hæreticorum,

Antiquæ Ecclesiæ D. D. Sũmi Philosophi.

Laus philosophiæ ab vtilitate.

corum, sed Philosophos, qui volunt tantum esse P
losophi: trita est illa vox, Ex magnis Philosophis
magnos hæreticos, sed contra eos, qui naturam o
nunt gratiæ, quasi esset & gratia stulta, vbi non es
tura; & Euangelium futile, vbi non est ratio. Pa
etiam iubet caueri ab inani Philosophia: fatis ind
aliquam Philosophiam esse vtilem, qui excipit &
uit contra inanem: quam hanc? quæ quicquid non
pit, irridet; & oracula, miracula, reuelationes, pro
tias, gratiam, fidem, Christum, Euangelium tan
cit, quantam habent rationem. Hæc Philosophia
in schola priuati cerebri, mater semper fuit in Ecc
publici scandali: at Philosophia quæ hausta ex fo
bus naturæ est, iam à Christianis segregatæ ab
rum & sectarum impuritate, facit viam ad grati
tam apertam, vt in naturæ hoc fundamento æ
cium gratiæ emineat multò pulchrius & clarius: q

Philosophia etiã vtilis concionatori.

re Philosophia erit vtilis concionatori, siue vt fu
mentum naturæ, siue vt donum Dei, hominem
ducit ex mundo ad cœlum, ex natura ad gratiam,
Aristotele ad Christum: istud est, per visibilia m
ascendere ad inuisibilem Deum, quod dicit Pa
sine hac tamen Philosophia cathedræ honorem
bantur Ambrosius, Bernardus, tanta commenda
ne, vt his qui conferantur, aut certè præferantur,

Ignoranti Philosophiam duæ virtutes sunt necessariæ.

ex Schola Philosophorum exierint: quare possu
esse concionatores sine Philosophia, sed commo
possumus per Philosophiam: qui sine Philosop
manu aut pede hanc viam ingreditur, duas max
virtutes debet excolere puram intentionem, &
mam reuerentiam: sic loquitur Bonauentura: pur
intentionem interpretor, vt sacras quis litteras tra
& pertractet propter Deum, velitque ex hac trac
tione nullum alium fructum libare, quam bon
proximi, & gloriam Dei: contra hoc peccatur
vno modo: student enim multi scripturis, vel

fallant tempus, vel vt colligant honoris rumuſculum, vel vt rem familiarem augeant, vel denique vt mundo liberius & auctius perfruantur: iſtud horum peccatum nullus aut homo ſatis dicere aut inferius ſatis poteſt vindicare: nam cum omnia, quæ continentur huius machinæ immenſitate, deberent referre ad Deum; illi contrà præpoſtero ſanè ordine, Moyſen, Prophetas Euangelium, gratiam, Chriſtum ipſum reuocant ad ſe ſuaque commoda, Deus debet eſſe finis: illi faciunt viam: id eſt, Deum faciunt non Deum, non quod hoc poſſunt homuli, ſed quod velint, ſi poſsint: pura autem intentio concionatorem ponit extra hoc peccatum, vt potè quæ dicit, facit, cogitat omnia ad proximi frugem, & Dei laudem. Reuerentiam etiam ſummam in ſcripturis tractandis requirebat à concionatore non Philoſopho, nam quicquid non poteſt ex arte, id Deus largietur & abundè ſufficiet reuerentiæ huic. Id videmus in Ephrem, Bernardo, Catherina Senenſi, alijs, viris, fœminis noſtræ & anteactæ ætatis, qui quòd reuerentiam ad ſacrarum litterarum tractationem attulerunt, dicunt & ſcribunt tam alta & tam altè, vt Philoſophos cum iſtis ſi conferas illi ex terra corraſiſſe, hi ex cœlo notiones ſuas hauſiſſe facilè videas: maius eſt animo concipere Chriſtum quàm ventre: hoc Chriſtus ipſe confirmat: nam cum mulier Euangelica exclamaſſet, beatum ventrem qui eum portauit: ſubiecit Chriſtus; imò beatos hos, qui audiunt, verbū Dei & cuſtodiunt illud: quid ſibi vult hoc: imò? emphaſis eſt, qua innuit qui Chriſtum concipit, beatum eſſe ventrem, ſed beatiorem animum. Concionator autem concipit animo Chriſtum, & parit mundo, concipit, inquam, per reuerentiam, & parit per reuerentiam. Qui Chriſtum concepit animo, nihil mirum, ſi Chriſtum loquatur & Chriſtum viuat, & altiùs & nitidiùs, quàm Philoſophi nixi tantùm pede naturæ. Deum reueretur, qui veretur: ille autem veretur,

In Dei laudem & hominis vtilitatem concionatur homo.

Qui timet Deum reueretur simul. Officium Concionatoris.

qui extremo conatu peccatum, id est Dei offe-
nem. Quare hæc cura suscipienda concionator
scripturarum tractationem adferat cor mundu
purum labis, in maleuolam animam non intr
pientia. sap. 1. Quemadmodum in speculo in
labeculis stellæ aut nunquam videntur, aut cer
scurè emicantes videntur: sic in mente infesta
to, Christus aut non omninò enitet, aut tenuite
tet non dicimus stupenda sed agenda. Nam si pe
Iudaicus, iussu Dei, tribus diebus veteris vitæ
purgarint, & deterserint, priusquam legem aud
Euangelio legendo, annunciando, quantam p
tem & reuerentiam requiret? contemplatio
Euangelij tam est delicata, vt inficiatur, si tur
turbatur autem, si misceatur vlla mundi aut carn
gitatione. Segreganda ergò est concionatoris co
tio à mundo & carne, atque per puræ intentio
reuerentiæ quasdam quasi manus in Christi
abdenda. Hac ratione intentio pura & reue
erunt concionatori, non philosopho, summa
sophia.

CAPVT V.

De alijs Concionatoris nostri sub sidijs.

LInguas, græcam, hebraicam opto, non
ro: informamus enim non illum perfe
concionatorem, sed hunc, qui possit & velit
pastoris non mali bonum locum. Eloquentiæ c
latinæ exquisitiorem cultum nec reijcio, si adsit
si absit, anxiè desidero. Satis est huic quem pos
intelligere quæ legit, si non omnia perfectè,
plurima mediocriter. Ambrosium qui intellige
Bernardum, satis is mihi latinè doctus hac tenu
cion

cionatoris inumbratione. Post hanc latinæ linguæ tinc-turam, vellem Logices mediocrem cognitionem: saltem vt sciat concionator, quid sit arguere: si istud absit, saltem adsit diligentia in legendis authoribus, quos præscribo.

CAPVT VI.

De authoribus legendis, & quibus.

DOctrinam, quam exigo à concionatore, vellem non tam magnam, quàm bonam: bona petitur à bonis authoribus: plurimi noui, antiqui sunt boni, sed vobis non æquè omnes: nam neque ætatis est, nec institutionis huius, omnes aut velle, aut posse percurrere: id ergò sit vobis primum, vt animo comprehendatis corpus quoddã doctrinæ, quæ est necessaria concionatori: scilicet vt cognoscatis; quid Theologi de Trinitate, de Incarnatione, de iustificatione, de libero arbitrio, de sacramentis, de alijs summis fidei capitibus tractant: huic rei vnus aut alter liber seponendi, qui habeant aut omnia mediocriter, aut singulariter pleraque, idque stylo non implicato, sed claro; non fuso, sed substricto: vnum, inquam, vellem aut summum alterum librum: nam multitudo librorum vt prodest scribenti, sic studenti obest: vnde grauissimè errant, qui in principijs studij alicuius spargunt cogitationes suas per multos libros, cum omnes simul cogitationum partes collectæ vix sufficerent vni libro, quem non intellectum primò legimus, aut audimus, huius generis tres mihi libri videntur & sane sunt principes; Catechismus Consilij Tridentini ad Parochos, Cõfessio Catholicæ fidei Christianæ Hosij Cardinalis, & ad cumulum institutionis Vigerij. Catechismus habet omnia sed nimis arctè. Hosius eadem, sed clarius.

Doctrina necessaria concionatori.

Multitudo librorum ingenijs obest.

Libri necessarij in primis concionatori.

clarius. Vigerius subtiliter quidem, sed non supra
tum mediocris ingenij: hos libros qui intellexerit
telliget sanè quilibet intra annum) habebit
Theologiam, quanta satis est bono Theologo
natori: qui me vult ducem hoc ordine pergat.
chismum percurrat, vt intelligat tamen, diuinum
librum, & dictatum à Spiritu sancto: cur percu
quia hunc librum vellem vobis in sinu, in manu,
esse: vt eum ediscatis vsu, non labore. Nam poli
solùm mentem doctrina, sed linguam etiam pur
quadam lacteæ dictionis; ita vt sit & oratori Ci
& Theologo Paulus: in Hosio maiorem requir
conatum, & diligentiam, vtpote magistro Catech
est etiam tersus. Vigerius vult te totum, si totum
eum concoquere: est breuis, & habet aliquid sub
tatis, limatus scilicet ad normam scholasticam: qu
gitationes suas segregant ab alijs libris, seque to
istos tres authores conijciunt hos ausim prom
cathedræ intra annum & medium Theologos
bonos: pestis est ingeniorum, legere multa, nisi scri
legere multum, vt discas præcipit Seneca: cum
miscenda sacrarum literarum lectio: ista faciun
Theologiam theoricam, quæ perficit intelligend
alia Theologia, quam vocant practicam: quæ
agenda: hanc vocat schola casus conscientiæ, doct
tam necessariam sacerdoti, vt sine ea sacerdos &
dat Ecclesiam, & prodat Christum: huius partis
ratio inuexit in Ecclesiam Christi has morum per
fitates, quas pleriq; reprehendimus & sequimur.
pus huius doctrinæ complectuntur Summistæ, q
cuntur, breuissimè. Caietanus, Nauarri manua
hoc genere est vberius, & aliorum iudicio perfec
non condemno horum iudicium, tantum vobis co
mendo hoc tempore Caietani summam præ om
bus, quo ad hanc nostram institutionem: hanc ego
ctrinam totam tam planè & tam plenè exequar

Vtilitas Catechismi.

Multum legere corrumpit ingenia.

Theologia practica Sacerdoti summè necessaria.

anno, vt non habituri sitis, quod desideretis hic alienam operam: non quod perfectius quid possim, quàm alij: sed quòd vestra plurimùm intererit, audiuisse: ero breuis: qui hanc doctrinam ignorat, is certè nunquam aut concionatur ad fructum, aut faciet clarus: at incidimus in luem pestemque hæreseos: vbi iam controuersiæ has pleraſque explicat Catechismus aut Hosius: istis si quis velit adiungere Enchiridion Eckij, aut controuersias Costeri impressas Ingolstadij superiori anno, non valdè repugnaro. Bellarminus habet in hoc genere omnia, sed hunc non propono vobis, nisi post illos tres libros non deuoratos solùm, sed etiam concoctos: vix credatis, quanti fructus res sit, in vno alteroque libro esse totum, quoad didiceris: ego verò sic statuo, vnum authorem imperfectum perfectè cognitum plus adferre frugis: quàm multos perfectos imperfectè lectos & intellectos.

CAPVT VII.

De Authoribus, qui explicant literas sacras.

POst libros illos, quos finiui, lectos & mediocriter intellectos subiungantur sacræ literæ: hic præceptio sit; vt perpetuò eas legas, cum ordine, sine ordine, solus, cum alijs, sequarisque semper purum illud, quod antiquitas fixit & consecrauit. Omnis nouitas hic fugienda, vtpote in fontibus, quorum laus est, esse antiquos, puros, nullaque noui riuuli labe admistos: sacræ literæ habent mysteria: latent ergò primùm quòd mysteria; deinde, quòd sacra. Quò sunt illæ pluribus velis obtentæ, eò his remouendis firmiora adhibenda subsidia spiritus proprij, & alienæ interpretationis: ille ex cœlo, hæc petitur ex libris do-

Nouitate fugiendaa præcipit.

ctorum : at hominis ætas non sufficit omnibus legen-
dis, qui scripturas explicarunt: quare hortor vos, ut
scripturarum sensis eruendis adhibeatis vnum Dion-
sium Carthusianum, purum, breuem, enucleatum, di-
ligentem, nihilque nouæ labis suis scriptis aspergen-
tem: iste verò quia nudam persequitur literam, nihil
aut parum opis affert inueniendis conceptionibus, a-
formandis moribus; adiungetis Concordiam Euang-
licam Iansenij, librum sanè aureolum, & qui vel
tiones, vel præceptiones morum tam copiosè suppe-
tat, vt in hoc genere ausim affirmare, nihil esse perf-
ctius.

Dionysiũ Carthusianum voluendum esse affirmat.

CAPVT VIII.

De authoribus Concionum.

QVinque libros finiui studijs vestris perpetuos
solos, tres qui ad fidei capita; duos qui ad scri-
turæ explicationem faciunt: pauciores non p-
tui: plures non volui, imò non debui: paucitas co-
multitudo librorum spargit disijcitque cogitation
mentis, vt rem necessariam sæpius inculcem: at in co-
cionibus formandis, autor sum, vt legatis plurimos
ex ijs, libetis optima. In principio tamen notio-
eruentur, & modus fingetur aptiùs, si paucos vo
præstituatis duces & præceptiores: at quos? mihi pri-
cipes sunt & semper fuerunt duo libri, Augustini s
licet noui sermones: & Chrysostomi moralia in ep
stolas Pauli. Nam Augustinus ita aptè, Chrysostom
ita clarè diuinas notiones persequitur, vt commun
nemo altius, quàm ille; & alta, nemo clarius quam ill
vnquam dixerit; etiam dicunt ad morem modum q
nostrum: quare ad formam hanc cupio vos esse expre
sos: sunt qui nostra ætate conciones scripserint, plur
mi: ego tamen nullum puto melius, quàm Granate

Quos Autores imitandos proponit.

sem & Diez Hispanos. Thomas Beauchyames fertur à me, probatur à multis, si quis velit esse diligentior, huic præscriberem, & si possim, præciperem, vt ex Paulo de Palatio in Mattheum, & Didaco Sella in Lucam eliciat conceptiones, de rebus Dei tam altas, de rebus hominis tam aptas, vt arbitreris duos Paulos tonantes è cœlo, & vt non sit, quo aut Deus se homini aperiat, aut homo se Deo melius subijciat, quàm ope horum librorum.

CAPVT IX.

De arte Concionatoris.

ARs concionatoris optima sanè & maxima, est spiritus: vt enim quisque maximè spiritu est instinctus è cœlo, ita loquitur optima, & optimè: hic spiritus vel concipitur semine, vel animatur quasi fotu perpetuo orationis: vnde doctores Ecclesiæ primi maximi sanè concionatores erant toti in orationibus, & collecta cogitatione ita toti, vt post orationem viderentur spiritus, non corpus; flamma, non vita. Vnde nihil mirum, si fuerint & sine doctrina docti, & loquentes sine eloquentia, quæ è cœlo: nam si loquitur, mouet; si mouet, animat: si animet mutat: at in quid mutat? in Angelum: nihil istud: mutat in Deum: mallem certè concionem hominis quasi Dei, quàm hominis oratoris: quare huic, qui nititur & vtitur spiritu, non præscribo artem, scilicet posito supra artem: alijs, qui artis & naturæ alis volunt subuolare in cœlum & Deum, edam non præceptiones, sed monitiones: atque intendam digitum in authores, vnde, quicquid huc spectat, facilè possint haurire tanquam è fonte: primùm tamen monendi estis id vnum, concionem dispesci in homiliam, postillam, & iustam orationem.

Ars Concionatoris, est Spiritus.

Partitio concionis.

Orationem iustam voco ad normam veteris Rhetoricæ, quæ suas cuique orationi partes constituit, exordium, narrationem, confirmationem, epilogum, aut secundum alios alias: homilia nihil habet partium, licet familiaris collocutio pastoris cum ouibus, quasi patris cum filijs: non hîc ars ostentari, sed ostendi pietas debet: magna est homiliæ ars, non præferre artem, aut certè affectatè non præferre: si quid tamen artis tanquam gemmulæ, interspergitur, sponte id accedat non vi accersatur: antiqui Patres vix attigerunt orationes ex omnibus Rhetoricæ partibus iustas, toti licet in homilijs & sermonibus, qui dicuntur: hi quasi familiares erant, totique referebantur ad quandam charitatis flammam in mentibus nostris ciendam, fouebant perpetuo tenore, sine partibus, sine modo, nisi quem à Deo accedentem, non accersitum arte, tempus locusque obiecerant. Si quæ tamen habent partes, non plures tamen quàm duas, propositionem scilicet & propositionis explicationem. Istud sanè rarò: nam in homilijs itur à loco in locum, à notione in notionem, saltuatim, & quasi interrupto ordine, ita tamen cum ordine, vt res diuersissimæ sæpè inter se & disiunctæ, mirum, quàm consentiant ad fructum proximi, & quodam cœli filo contextæ cohæreant. Quare homilia illam vnam legem habeat, nullam seruare legem, contenta scilicet fulgoribus cœli.

Antiqui Patres omnes orationis partes vix attigerunt.

Postilla voce putida quæ dicta.

Postillam voce putida vocant paraphrasim breuem vel totius aut Euangelij, Epistolæ, vel aliquarum sententiarum ex Epistola aut Euangelio petitarum. Hæc in Ecclesiæ cunabulis, & vigore erat rara, in hac verò nostri temporis labe frequenter vsurpata. Nam cum nobis frigeret charitas & oratio, cogebamur illi qui filum textus maiori cum ordine, quàm spiritu. Antiqui paraphrasin nunquam texebant, nisi plenam eamque mistam & sæpè pellucentem fulgoribus. Quare non erant paraphrases illorum puræ puræ postillæ,

postillæ, sed partim postillæ partim homiliæ. Postillæ posterorum tam fuerunt frigidæ, putidæ, & nonnunquam ineptæ, vt qui ex his stercoribus velit colligere gemmas, debeat certè boni genij & ingenij esse: in hos si incurratis, cauete falsas citationes, putidas interpretationes, somnia reuelationum, miracula non miracula, aliasque labes, quæ vitium faciunt, & conuitium puritati fidei: sunt tamen hîc quædam, tam quæ obseruetis quàm quæ vitetis: apud rusticos puto postillam commodam, sed quæ habeat homiliæ spiritum intertextum, tanquam emblema. Ad memoriam etiam concionatoris nihil aptius: nam dum persequitur minutias textus, nec multas, nec desiectas, has, omnesque notiones ex his natas facile est, animo & memoria comprehendere. Pamigorola putant hanc rationem concionandi inuectam à pigris Parochis, qui cum viderent esse magni iudicij, concionem in partes dispescere, easque vberi certoque filo persequi: maluerunt sequi literam, rem nec variam, nec impeditam. Ego potius puto hanc rationem ductam ex antiquis scriptoribus, qui paraphrasi illustrabant literam, eamque facilè intellectam, tandem ad suggestum traductam fuisse, tandem ad suggestum traductam fuisse. Iusta oratio constat ex partibus, quas oratores perpoliunt, ego digito vobis indicabo. Vsurpantur Postilla à Gallis, homilia ab Hispanis, iusta oratio ab Italis, ab omnibus singulæ etsi rarius hoc hi, illud illi. Galli etsi penè perpetuam insistant viam Postillæ, tamen non simplicem illam vsurpant, sed permistam sale & spiritu homiliæ.

Paraphrasis postillæ posterorum.

CAPVT

CAPVT X.

De iusta concione & oratione.

IVsta oratio constat ex partibus orationis rhetoricæ, vel omnibus, vt quidam; vel plerisque, vt statuunt alij: dissensio enim hic est: nam sunt, qui concionem tam exquisitè exigunt ad rhetoricam antiquam, vt non iustam putent, nisi iustè omnia quadrent. Alij requirunt duas tantùm orationis partes, exordium scilicet & narrationem: illi nimis superstitiosè, hi nimis arctè: nam qui volunt omnes partes, gratiam includunt naturæ angustijs: qui volunt tantum duas, si narrationis nomine comprehendant diuisionem, & huius pertractationem, malè se explicant; si non comprehendant, imperfectè docent, & imminutè: vos medij inter hos, facietis vnius concionis iustæ quatuor partes, exordium, diuisionem, confirmationem vel confutationem, & epilogum, Exordium ciebit attentionem, diuisio constituet partes, confirmatio vel confutatio constitutas persequetur, epilogus coget & quasi in quendam dictionis nodum subnectet omnia.

Orationis partes perstringit ex variorum sententiis.

CAPVT XI.

De corpore concionis constituendo.

COrpus concionis effingendum, & quasi effermandum ex sacrarum literarum vno capite. Nam qui ex vno vnam, ex altero capite alteram sententiam libant materiem concionis, faciunt præter artem, & contra rationem: cum vnum caput materiem suppe-

Varietatē materiæ concionum reprehendit.

ſuppeditet ſexcentis concionibus, cur duo capita confundas & commiſceas in concionem vnam? tamen ſi ſpiritus dictet, ſic eſſe dicendum non multum repugno, nolo enim ſpiritum ſanctum conijcere in anguſtias artis nimis arctas: vnum caput vel Euangelij vel epiſtolæ, vel alterius partis, ſubminiſtrat variam materiem, ex hac varietate ſeponenda eſt & deligenda vna, in qua conſumas totam concionem: oſtendo exemplo hodierni Euangelij: primum accedunt ad Ieſum Scribæ & Phariſæi, dicentes, quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionem ſeniorum? deinde, accuſant diſcipulos violatæ ceremoniæ, quòd ſcilicet non lauarint manus ſuas, cùm panem manducant: tandem reſpondit Ieſus, & rogat: quare vos tranſgredimini verbum Dei propter traditionem veſtram? nam Deus dixit, honora patrem & matrem: & tandem, multis interiectis, quaſi iratus ſubiecit, hypocritæ, benè prophetauit de vobis Iſaias, dicens, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me: alia ſunt huius Euangelij, ſed hæc ſatis ad exemplum: videtis vnum Euangelium, & illud non magnum, ſubminiſtrare concionatori variam materiem, de traditionibus, de honore patris & matris, de excellentia verbi diuini ſupra humanas conſtitutiones, de iuſta ſeueritate magiſtratus in obſtinatos, exemplo Chriſti ſcribas vocantis hypocritas, vltimò de malis hominibus, qui loquuntur Deum & viuunt Bacchum, id eſt, vt dicit Euangelium, qui Deum labijs honorant, cor habent longè ab eo: ad rem, qui has omnes materias complexurus eſt vna concione, næ illæ fecerit vnum magnum nihil; nam dum eſt in multis multus, in ſingulis erit nullus: præſtiterit ergò concionem vnam efformare ex vna materiæ, vel traditionum, vel reuerentiæ erga parentes, vt alterius, quam ſuggeret contextus, pro loco & captu auditorum: non fruſtrà dico, pro loco, & captu auditorum: nam non omnia omnibus

Ex ſingulis aliquid dicere ex toto nihil.

bus conueniunt: secutus ergò Euangelij istius filum apud hæreticos dicerem de traditionibus, apud magistratus de humanis constitutionibus, apud malos de iusta seueritate magistratus erga obstinatos, apud bonos, de hypocritis, vt vitam parem verbis agant: posset materiæ vnius delectum, & supellectilem lautam ex bonis authoribus petitam huic rei explicandæ, aggredieris ad corpus concionis conflandum ex quatuor illis partibus, exordio, diuisione, confirmatione vel confutatione, & epilogo.

CAPVT XII.

De Exordio.

Exordiũ quomodo apud doctos instituendum.

EXordium erit aliud, alij loco, & apud alium populum: vnde exordia concionum, quæ erant habitæ apud doctos & principes, qui traducunt ad suggesta & cathedras ciuium & rusticorum, imperiti faciunt, sine sale, sine fructu, artem texendorum exordiorum, locosque quibus hæc ars constat, petetis ex officina Rhetorum, non ex mea præceptione: monitio enim mea est, non præceptio vlla, tamen facietis prudenter & ad normam rationis, si exordium texatis non exquisitè ad artem, nec longum, nec longe petitum, sed oblatum quasi aut arreptum ex scripturæ, quam tractas, occasione. Verbi gratia, apud rusticos si agerem de traditionibus, exordium conficerem hac formula: Est (charissimi in Christo) traditionis ea vis, & authoritas, vt si eam è mundo sustulerimus, mundi totius cognitionem totã videremur velle euertere: id certè videritis, si quid sit traditio, videatis: hæc quid sit, explicabo rudi, sed plano modo, dedicist vos, quicunque hic estis, à parentibus aut hæris vestris facere sulcum, spargere semen, occare, metere: atqua

Exordiũ quomodo apud rusticos auspicandum.

vita

via didicistis? non scripto aut litteris, qui ne litteras quidem vnquam vidistis: minus certè hausistis ex natura, cum videatis ex arbore, ex flore, ex agro, naturæ constantem & perpetuam rationem, in omnibus eiusdem rei actionem æquè vnam: omnes enim arbores crescunt eodem modo, omnes rosæ eundem fundunt odorem, omnis ager eadem arte reddit fructum. Vnde profectò natura dicetur & arboris, sic creuisse; & rosæ, sic oluisse, & agri, sic tulisse fructum, nam quæcunque res agit constanter, & certo modo, illa sanè agit instinctu & pondere naturæ. Non ergò natura combibistis rationem colendi agri. Siquidem nec omnes colitis, nec semper colitis, nec eodem modo colitis. Vnde ergò didicistis? ab heris vestris: isti à quibus? à suis item heris: at hi vnde? à maioribus in hac cura versatis, perpetua semper serie vsque ad Adamum, primum agri cultorem. Hæc ratio appellatur traditio. Nam quicquid ab alijs discimus longa serie, non litteris non natura, sed ore & vsu, & maiorum quasi quadam, traditione, traditio dicitur: ex hac explicatione videtis, quàm stultè faciunt hæretici; qui traditionem tollunt è medio, rem tam necessariam, vt sine ea res rustica stare non possit: apud reges & nobiles sic exordieris, vt explices vim notionemque traditionis exemplo stemmatis continenter ducti à primis parentibus, filo non litterarum, sed oris & traditionis: ex hac inumbratione facilè animaduertetis, exordia debere peti ex ipsa re, atque adeò alia debere esse atque alia, apud alios & alios homines, pulcherrima sunt illa exordia, quæ nitent & fulgent similitudine quasi gemma, hæc ratio fuit D. Chrysostomo tam frequens, vt posteriores quidam magni potius nasi, quam iudicij interpretentur vitium, quòd toties intexat similitudines: quicquid isti reprehendant, mallem certè errare cum Chrysostomo, quàm insistere horum viam rectam: si tamen

Non omnia à natura sed ex traditione cognoscuntur.

Modus exordiendi apud reges & nobiles.

Optima exordia à similitudine sumenda.

est

Chrysostomum imitari delectatur.

est recta: nam Chrysostomus dum dicit, mouet, delectat, docet omnia tam clare, vt hunc planè statuam Principem concionatorum, & Diui Pauli quasi æmulum: satis de exordijs: alia præcepta petetis ex Rhetoribus: id tamen monendi estis, vt exodia texatis quam breuissima: qui longa faciunt, sine iudicio faciunt.

Exordia breuia instituenda.

CAPVT XIII.

De diuisione.

Narratio non admittenda in concione.

NArratio non habet locum in concione: nam cui narrationis est Euangelium aut epistola recta: quod si quis velit omittere lectionem Euangelij aut epistolæ, horum summam debet tamen breuiter comprehendere, vt narratio sit loco exordij aut quoddam quasi membrum diuisionis: ratio diuisionis est clara, & naturæ potiùs, quam artis: hæc tamen sit præceptio vnica, & vnicè obseruanda, vt diuisionis plura membra non constituas quàm tria: nam qui concionem diuidunt in quinque, sex aut octo partes vel membra, concidunt non diuidunt concionem; & confundunt certè, non docent auditorem: multi hoc fecerunt, sed non ad artem: si quis tamen varietate materiæ ducatur, vt in minutias potiùs quam partes dissecet concionem, non præscribo, vt hoc non quam faciat artis est, sic sequi artem, vt non perdat iudicium: quare non præscribo tria, quasi non possint esse plura, aut pauciora: nam quatuor membra fortasse etsi quinque vix probem, & nunquam sanè vsurpem, nisi occasio materiæ illa subijciat: verbi gratia, si suscipiam explicandas notas Ecclesiæ, cogor vniuersalitatis, antiquitatis, vnitatis, originis, miraculorum, traditionis, aliarum notarum explicare vim, & rationem. Quanquam in tam fusa re, optarim, vt diuisio

primo

primo, duas altero, & alias duas alijs sequentibus diebus explices; quoad omnes complexus fueris: nisi res postulet, vt omnes simul explices: Quod si talis res sit, aut occasio, reuocabis concionem, ad postillam, vel homiliam, non ad iustam formam, quam hic scribo & præscribo. De pucioribus membris dico paucis, illam esse optimam formam, quæ constat duobus tantum membris: verbi gratia, de traditionibus si dicas, cum sit traditio duplex, humana & diuina: diuides concionem in duas partes, primamque in humana, alteram in diuina consumes: mistam traditionem si adijcias, erit concio trium partium: mallem duarum, vtpotè perfectiorem. Nam in duabus partibus mistæ traditionis vim potes ita explicare, vt frustra adieceris tertiam. Hic requiro iudicij aciem, potiùs quàm pono artis legem.

Optima forma concionis constans duobus membris.

CAPVT XIV.

De confirmatione, & confutatione.

PLerumque hæ duæ partes sunt coniunctæ: nunquam enim confirmamus vnam partem, quin contrariam etiam confutemus. Deinde hæ duæ partes dicuntur & censentur à multis Rhetoribus vna, quòd vtriusque vna eademque sit doctrina & præceptio. Cum his ego confirmationem & confutationem feci concionis vnam partem: formandæ firmandæque conformationis præcepta communia promi debent ex Rhetoricis: hic vnicum moneo, & vnicè, vt non prius ad confirmationis tractationem aggrediaris, quàm materiem variam & multiplicem prompseris, & in vnum quasi cumulum confusè & permistim aggesseris. Huius aggestæ & confusæ materiæ ordo sit, & lex, quam præscribunt Rhetores: non quod huc

Conf. & confut. semper coniunctæ.

te concludam anguſtiarum ſemper , ſed quod ſit
ſequi legem notam, niſi meliorem ſciueris: aliqua
ſequi iudicium: potiùs quàm artem, eſt ars. Nam
tanquam lex, non figitur, vt ſemper ſequaris: ſed
quaris vel plerumque, vel quoties meliora non po
Confirmationis præceptio quam Rhetores doc
etſi bona ſit, meliorem tamen viam ſimplicis meth
vos inſiſtetis, meliorem: ſi ordinem, meliorem, ſi
meliorem ſi ſpectetis omnia: methodus ſimplex
tur , quoties materiem tuam ducas & explices
omnes locos dialecticos. Loci dialectici alij ab

Diuiſio locorum dialecticorum.

ponuntur: nos communi diuiſione tribuimus in
nos & externos , medios: internos voco, qui in re
rent, genus, ſpeciem, materiam, formam, totum
grum , partem integram, definitionem: externos
quæ rem quaſi externa veſtis ornant , cauſam ſcil
efficientem: finem, relata, contraria, priuantia, con
dicentia, maius, minus, ſimilia, diſſimilia: medios
co, qui nec in re , nec extra rem infiguntur , ſed
medij circumſtant, ſcilicet coniugata, & diuiſione
horum locorum explicationem petetis ex Dialec
& ita meditatos habebitis, vt tanquam litteræ, ſcri
tibus, ita commentantibus hi incurrant, non acce
tur: hos ſi comprehenderitis animo & cognitione
tis Rhetorices, ſatis Dialectices adinuentionem h
bitis: cognitio eſt facilis, ſed maximi fructus: fru
petebit ex vſu , vſum docebo vno exemplo tradi
nis , vt in eodem ſemper veſtigio hæreamus ſit
retinendam eſſe in Eccleſia traditionem à ge
omnis Dei præceptio retinenda eſt, omnique con

Traditio in Eccleſia retinenda eſt.

tione defendenda , traditionem vero quis non
præceptionem Dei? manat enim à Deo ad Apoſtol
ab Apoſtolo ad Apoſtolicum ritum , ab hoc ad
Eccleſiam, ita perpetua ſerie, vt ex prioris manu
accipiat poſterior, & alijs deinceps ſequentibus
gat retinendam, vt vtilem; defendendam vt diuina

à ſpec

à ſpecie: traditionum vero vna eſt humana, altera diuina tertia miſta: quam reieceris? diuinam? fruſtrà conaris hæretice: nam à Deo quicquid eſt, ſtat illud altiori radice, quàm vt poſsit humana aut vi, aut malitiâ euelli: an humanam? facilè ferimus, vt humanæ traditioni detrahas authoritatem diuinam: non enim ſumus aut tam inſani, vt infirmitati humanitatis tribuamus, quod eſt gratiæ; nec tam iniqui, vt de diuinis potius figamus, quod homo poteſt quàm quod Deus vult: tamen humanæ traditioni ea vis eſt & apud me authoritas, vt eam putem puriorem, quàm hiſtoricam narrationem, quo eſt fons illius, quam huius ſimplicior: narratio enim hiſtorica fluit plerumque ex priuata affectione, quæ aſpergit tantùm falſi, quantum habet praui: at traditio cum ſit & publice accepta, & publice tradita, non poteſt aut vix certè poteſt diſtorqueri à recta via: miſtæ ergò traditioni erit vis, diuina, quà à Deo; ſumma quà traditio: nam traditio humana, quantum videtur habere labis, quod ſit humana: tantum perfectò habet certi, quod ſit traditio, quæ & publice accepta, & publice data, humanæ infirmitatis labem ita vel abſtergit, vel ſubigit, vt humana affectio alioqui diſtorta cogatur publici iudicij filum rectum ſequi: à materia: nunquam traditionis nomen aut potius numen obtinuit, vlla præſcriptio, quæ non fuit publice vtilis, vel ad doctrinæ vim, vel ad morum puritatem, quid ergò reijcimus hanc, doctrinæ formam, vitæ regulam? potuit quidem mala doctrina traditionis ſpecie & vmbra aliquandiù ſe obtendere: ſed hæc vmbra quã ſtatim apparebat vmbra: apparuit & euanuit: à forma, eſt præſcriptio & præceptio quædam à Deo & Apoſtolis reijcietur? iniquè certè, ne dicam impiè: totũ integrum & partem non habet, vt eo his locis vis argumento nec poſsit, nec debeat peti: à definitione: traditionem omnes definiunt præſcriptionem, & præſcriptionem

Traditione non fallimur.

A materia.

A forma.

A definitione.

tionem Dei vtilem publice aut ad doctrinam, aut
vitam, si spectes nos, vtilis nobis; si Deum, præcep
eius est: retinenda ergo nisi velis ipse te contra
ram, & Deum ipsum contra gratiam violare: à cau
A causa efficiente. efficiente. Deus traditionem, tanquam legem, nos
quis infringat? à fine & iubet ad bonum nostrum:
A fine. nus ergo est non impius tantum, qui vna opera
A relatis. Deo vim afferat: à Relatis: specta Deum dantem:
ne recipies: specta te: cui dat? dat Deus misero, &
casuro, nisi hoc fulcro sustentes: nullus profecto
satis vindicat eum qui rem tam certam, tam clar
A maiori. priuatim & publice, tam vtilem conetur è medi
clesia tollere: à maiori: præceptiones Catonis, Sen
Arriani, aliorum alias petitas ex media natura,
mus: ferimus tantùm? etiam exquisito laudum ge
efferimus, quanto magis traditiones ferendæ &
rendæ, vel positæ à Deo, vel nostro bono positæ:
A simili. mili, quemadmodum leges, quæ publicè sunt fixæ,
possunt violari sine reipub. iniuria: hic violat
Deum, qui traditiones, Dei quædam quasi ora
conuellere conatur: reliqui loci minuti, à toro int
A parib. &c. à parte integra, à paribus, à dissimilibus à repug
bus, à diuisione, non suppeditant nobis materiem
certè frigidam. Quare cum non omnes loci par
nobis semper inuentionem, adhibendum est
cium, vt eligas quod est in tota re aptissimum, aut
uosissimum: non enim omnia sed optima pone
sunt: in hoc vno exemplo, tanquam speculo v
quanta & quàm vberis materiæ seges efflorescat
cis illis dialecticis: frustra quærit riuulos rhetor
qui nouit hos fontes. Illi sunt pueris, hi maturior
qui sciunt & quod sciunt, cum iudicio dicunt au
cent. Non ego omnia posui, quæ pertinent ad illius
ci tractationem, sed rudi quodam exemplo doc
quàm late patet hæc doctrina: illa materies, quam
pra posui, si distingueretur stellulis elocutionis

artis, satis esset iustissimæ concioni. Satis mihi intendisse digitum in fontes: vos inde haurietis vberius. Id quoque obseruandum est, vt non sequamini semper ordinem locorum, quem supra posui: mutandus vero ordo ita, vt optima in primum locum recipias, aut in vltimum reijcias, media vero, quæ faciunt potius numerum, quam vim, conijcias in corpus medium, & tanquam in cumulum aggeras: vno verbo, ille ordo est optimus, quem iudicas optimum pro loco, pro tempore, pro persona: quare siue à definitione, siue à genere, siue à caussa incipias, nihil interest, modo sit ratio, cur sic incipias, aut non sic incipias. Tantum est de confirmatione: confutationis contraria est, præceptio..... *Cætera desunt.*

ROBERTI TVRNERI
PRECES AD S. AMBROSIVM
Patronum.

Dulcissime Ambrosi

QVi tepidos & adamantinos lachrymarum tuarum quodam lacte quasi caprino, mollisti ad lachrymas, tuis mihi precibus lachrymas elice, quibus sordes, si quæ inhærent, eluam: da, vt hæc mihi mentis precisque tepiditas caleat à te, imo ardeat per te. Non lachrymor pro peccatis, ô stupor! non doleo: ô frigus mentis: sed sint lachrymarum imbres, sint dolorum fluctus: quid hi, quid illi? nihilum præ peccatis meis, nisi tu hos, tu illos Deo commendes, si commendes, & tuarum precum fotu concalefacias, hoc meum siue in precibus, siue in actionibus frigus, non dubito quin cœlos attingat, imo cælos inflammet, collocatumque in Diuæ matris, Sanctorumque conspectu

impetret, vt illi tuo in me amore prouocati, suas p
ces cum tuis coniungant, aperiantque mihi peren
Patris amorem, & Spiritus sancti gratiam, & Chr
Seruatoris merita omnia: hæc via erit, vt meum fri
sit cœlo calidum, non quòd exeat à me; sed quod
deat in te.

Nitidissime Ambrosi

PVer & gentilis, qui vitam vixisti viri & Chri
ni, effice tuis apud Deum precibus, vt ego vi
Catholicus, vitam viro Catholicoque dig
exigam: da, da vt qui per merita Christi meru
gentili fieri Christianus, ego ex Christiano non d
bar in gentilem, aut vita plus habeat gentilitatis, q
Christi.

Doctissime Ambrosi

QVi Ecclesiam scriptis illustrasti, impetra vt
Ecclesiam factis non obscurem. Qui Aug
num & verbis mulsisti, & fregisti spiritu,
inquam, vt me alterum iam moribus Augustinum
Christianum Augustinum, refingas tuis precibus
tandem, vt quos scis, & Ecclesiæ vtiles, & mihi nec
rios: eos faciam in studijs processus.

Constantissime Ambrosi

QVi nec timore principum, nec hæreticorum
rore potuisti impediri, quo minus & illos
tando, & hos docendo in rectam viam trac
res; effice apud Deum, vt ego tuus clientulus, n
pro Ecclesia aut minas, aut insidias, aut molestias
terfugiam, effice, inquam, effice, vt quam tuis prec
consequor doctrinam, eam ego in Catholica re
manda, & euertenda hæretica fraude, totam figam
colloçem.

R

ROBERTI TVRNERI DE HISTORIA.

CAPVT I.

QVi ad historiæ alicuius narrationem, fusiorem-que explicationem aggrediuntur, principijs suis multas interspergunt, non tam historiæ laudes, quàm suæ stultitiæ labes: narrant multa, sed præter rem; narrant vera, sed pueriliter: quare ne in horum quos reprehendo, vitium delaberer, abstinerem omninò à prolegumenis, nisi quædam commodè possent & deberent præmitti, ad historiæ totius totam intelligentiam, scilicet, historiæ quæ sit origo, quæ natura, quot partes; qui authores quibus connectendi, in quibus authoribus quæ vitia sunt, quæ virtutes; denique in lectione historiographorum quid obseruandum, & qua ratione seponendum ad vsus vel priuatos vel publicos, in hisce tamen omnibus sequar legem illam historiographorum, qua & iubentur tangere optima, & vetantur colligere otiosa.

Inanitas Historicorum quorundam.

CAPVT II.

De origine Historiæ.

HIstoriam referunt plurimi ad Adamum & Euam: sed narrant fabulas, qui hæc narrant: quærimus enim originẽ non hominũ, de quibus prima historia fuit, sed qui primam historiam consecrarunt monumentis: propius absunt à veritate, qui putant plurimos primę ætatis populos, ante literas

Historiæ origo.

inuentas notasse res suas , Aegyptios literis Hier
glyphicis, Chaldæos obeliscis, Græcos pyramidib
alios alijs monumentis: id in hac opinione est erro
quòd singulis populis tributa tantum sunt singula
numenta, cum omnium fuerunt omnia: clarum e
ex Iosepho, Aegyptios, Chaldæos & Græcos vso
memoriam rerum consignandam & literis Hier
glyphicis, & obeliscis & pyramidibus omnibus p
miscuè omnes, hoc si non loqueretur Ioseph, pro
rem facilè Tritemij rationibus in polygraphia : hu
rei firmum est illud argumentum, quòd digito hoc
indicentur obelisci ex Aegypto & Græcia , ex Ch
dæa , alijsque locis literæ hieroglyphicæ mag
sumptibus translatæ Romam : sed nihil hoc ad re
monumenta enim ista sunt lapidum, quærimus lite
rum: creuit tandem populis illis primis cum ætate
dium suæ laudis amplificandæ & æternitati quasi c
secrandæ: cœperunt ergo , qui inter illos erant ma
mi, maiorum res illigare in rhythmos, ac hos non
lum recitare publicè cum applausu , sed etiam trad
alijs discendos, decantandos, & posteritati com
dius transmittendos : hoc in more adhuc est apud
pulos barbaros, quos limatior hæc elegantia pec
tinxit quàm imbuit, Hybernos, Vandalos, Lappo
qui hos suos historiographos putidè poëtas, quasi
uini spiritus ardore suffusos tanta & prosequun
veneratione, vt quicquid in hos peccatur, in De
id putent omnes peccari : qui ab hoc capite histori
arcessunt, multò id verius quàm superiores. Sed vt re
resecem ad viuum : qui historiam primus omnia
iustam scripserat, fuit Moyses. Author est Iosephu
ex hoc quasi semine copiosa postea herba succreuit h
storiographorum, plurimis gentibus. Græcorum r
consecrarunt literis primi Cadmus Mylesius, Pher
cydes, Hellanicus; Latini suarum rerum primos scrip
tores habuerunt Sacerdotes, quibus cura mandata era
notan

Res gestæ rhytmicè scribi solito.

Moyses primus historiæ scriptor.

notandarum potiùs quàm scribendarum rerum, quæ singulis gerebantur annis. Hinc annalium nomen: hîc cœpta historia, postea culta, à varijs vario modo.

CAPVT III.

Quid historia, & quot historiæ partes?

PLato in Cratulo, historiæ nomen ducit à duabus græcis vocibus, ὅτι ἵστησι τὸν ῥῦν, quod fistat fluxum, id est, quod rerum humanarum rationem facilè fluentem sustineat, ne cadat? confirmet, ne pereat. Sed hæc nimis fortasse est subtilis & exquisita historiæ etymologia, tutior hæc, quia tritior, quam petunt non indocti à græca voce ἱστορέω, id est, narro. Sed de etymologia historiæ, notionem notant multi multis modis. Cice 2. de Orat. dicit esse *testem temporum, lucem veritatis, vitam memoriæ, magistram vitæ, nuntiam veritatis.* Leo Iudæus describit eam esse *mysterium naturæ, miraculum artis, humanitatis diuinitatem*: denique alij aliter non tam ad historiæ notionem euoluendam, quam indicandam vtilitatem. Enucleatius ergo illi & verius, qui vna penè voce dicunt, historiam esse rei gestæ veram narrationum. Huius generis duæ sunt formæ plena, naturæ artisque expleta numeris; semiplena, in qua naturæ tantùm emicat igniculus: huius postremæ formæ sunt chronica, quæ temporis connectunt seriem; commentarij: qui capita tantum rerum colligunt; diaria, quæ dierum; annales, qui annorum continent minutias; vitæ principum singulorum descriptæ; aliæque narrationes rerum pressæ & subtiles, quocunque illæ censeantur nomine: historiæ plenæ vnica illa forma est, vt naturæ vim exprimat arte: quam

Quid sit historia.

laudem aut nullus est consecutus vnquam, aut Liuius apud Latinos.

CAPVT IV.

Qui authores quibus sunt connectendi.

Non obita quæuis legenda & cur.

CVm in omnibus rebus ordo multum valet, tum in discendo plurimum: affert enim momentum non solum ad intelligentiam rei, sed etiam ad memoriam: quare male faciunt, qui vt quisque se historiographus primum obijcit in eum auidissimè rumpunt, nec curant quid, quo ordine, sed quantum quàm auidè legunt: huius studij ille fructus est, vt memoriam potius labefectent confusione, quàm animi informent disciplina: huic morbo fiet medicina in historijs, si legantur ordine: quare id primum sit ei, qui in re historica velit versari cum fructu, vt historiæ vniuersæ breuissimam comprehensionem legat, perlegat & multa meditatione contritam bene concoquat: quo genere præfero omnibus Genebrardum Parisiensem, qui ita breuis est, vt explicet clare; ita clarus, vt omittat non necessaria: tamen dum nimis aliquando inhæret vestigijs Rabbinorum, fit vt declinet à recta via. Funccius extra controuersiam in hoc genere bonus esset, si in religionis re non esset malus: tutius ergo legi debet Genebrardus à Catholico; potest & Funccius ab hæretico: hoc noto, quia Catholici quidem Funccium ita ponunt extra aleam omnem, & laudem sine exceptione: post Genebrardi aut alterius cuiuscunque chronologiam, subnectendæ sunt singularum gentium singulæ historiæ scriptæ perfectius, descriptæ plenius. Qui Romanas & Italicas res volunt attingere, satis erit, si post Sextum Rufum, Flori epitomen, &

Eutro-

Eutropium iam tandem accedant ad Liuij & Polybij exquisitiores delicias: quod si in Romanis rebus velimus esse acres & diligentes, legentur Authores hoc ordine:

Fasti Consulares Caroli Sigonij & Onuphrij.
Flori epitome. Vellieus Paterculus.
Quintus Fabius Pictor de origine vrbis Romæ.
Polybij liber sextus de militari domesticaque Romana disciplina.
Dionysius Halicarnassæus.
Salustius Dio Cassius.
Cæsar de bellis ciuilibus. Titus Liuius.
Cornelius Tacitus.
Ammianus Marcellinus.
Tranquillus. Lampridius.
Egnatius.
Flauius Blondus.
Pontanus.
Sabellicus.

Reliqui posteriores recentes sunt, de quibus postea.

CAPVT V.

Qui res Germanicas scripserunt hoc ordine legentur.

Cornelius Tacitus de moribus Germanorum.
Beatus Rhenanus de rebus Germanicis.
Iacobi VVimphelingi epitome rerum Germanicarum.
Huldricus Mutius de Germanorum prima origine.
Crantzius. Auentinus.
Abbas Vrspergensis.

Qui in singulis Germaniæ prouincijs volunt esse exquisiti, consulant *Bodinum*; nos tantum libamus ea, *non sine* *Blodius*

quæ

errore cautè legendus.

quæ commodè possunt fieri à quouis: legantur etiam quæ quotidiè de Germanicis rebus eruuntur historiæ ex antiquitatis thesauro.

Gallicarum rerum scriptores legentur hoc ordine.

Iulius Cæsar de bello Gallico, & Hirtius.
Ioannis Tilij epitome.
Paulus AEmilius.
Ioannes Tritemius de gestis Francorum.
Gulielmus Paradinus de antiquo statu Burgundiæ.
Gregorij Turonensis historia Francorum.
Froissardus. Philippus Cominæus.

Polonicas res persequuntur,

Martinus Cromerus.
Philippus Callimachus.

Anglicæ res satis erunt notæ, *ex Polidoro*: Satis Scoticæ, *ex Hectore, Boëtio*, qui res nostri temporis cognitione & animo volunt comprehendere, contenti eruditione Iouio, Natali Comite, & Guicciardino, qui hoc annum exibit Latinus, Sleidanum autem nollem attingi, qui eò est periculosior quo elegantiori veste tegit mendacia.

Sleid. res Cathol. male nav. gat.

CAPVT VI.

Quæ virtutes in quibus sunt authoribus, & quæ vitia.

QVoniam promiscua omnium authorum lectio magis inficit stilum, quam imbuit mentem: nisi adhibeatur cautio: vno verbo monebo quid in quoque

quoque sit imitandum, quid fugiendum: in Cæsare ergò est genus dictionis purum & limatum: in Salustio concisum & enucleatum, vt si spectemus dictionem tantùm, nihil hoc sit clarius, nihil illo diuinius. Cornelius Tacitus narrat principum maximorum reconditissima consilia, ea arte, vt putes oratorem; ea consilij ratione, vt mireris politicum: colligit minuta, maxima, sed ea iudicij laude, vt maxima semper splendeant, nunquam sordeant minuta: denique si non haberet genus illud dicendi pro historia nimis altum, robustum ac poëticè obscurum, forma esset, ad quam omnis historia deberet exigi. Velleius Paterculus est pulchrè nitidus castè integellus, insigiter argutus, clarè breuis, denique eius ingenij & iudicij scriptor, vt si vellet laudari, aut Pompeius exquisitius, aut argutius Cæsar, aut Cicero elegantius, impudentes sanè essent: ad hunc quoties accedo, auidus accedo, ita inuitat; ab hoc quoties discedo, inuitus discedo, ita tenet. In Liuio (dicam vno verbo) sunt omnia. Nam Patauinitas, quæ reprehenditur in illo, est virtus. De omnibus iudicium non fero, hoc dico pleroſque legendos non tam ad stilum, quàm ad veritatem. Nam sunt vel Græci, boni, malè conuersi, vel ex fæce eorum, qui barbariem ponunt in laude: antiquos illos loquor: de recentibus hoc est iudicium. Auentinus laudatur, sed ab ijs, qui de stilo nullam mittunt vocem, quæ laudetur: non tamen est ex sententia, scriptorum: scribit enim nec benè, vt summus; nec malè, vt barbarus. Id tantum est laudis quòd conatus est exprimere maiestatem Liuij. In re quoque desidero non tam audacem. O audacia, quæ nescio, quomodo ijs, quibus impietatis odor affusus, inhæret, & insicit, & abstrahit à vero non tantum illo diuino, sed & ab omni: à quo mirum quantum aberret sæpe. O si esset, qui historiam Bauaricam illustrissimam illustraret: sed hoc aliorum humerorum onus.

Quid imitandum & fugiēdum in quoque.

In Philippo Comineo pulchra est species historiæ scri-

scribendæ ad vtilitatem: nam ex singulis actis eruit de cumenta, siue formandæ vitæ, siue prudentiæ auge dæ accommodata. Polydorus & Hector Boëtius scr bunt latinè, vt nihil possimus timere contagion Martinus Cromerus est mediocris. Michael Brut Bembus, Manutius, & Sigonius nihil habent non te sum, ac ne habere quidem possunt, dum inhærent v stigijs Ciceronis tam propè, vt penè assequant Onuphrius mirus est artifex eruendæ antiquit tis. Iouius malè sanus est scriptor, laudat, vitup rat, non ad normam veritatis, sed pro ratione præm hinc mentitur multa de Turcis gloriosè, de Germa maledicè, mendacia si sercernas, author est non co temnendus. Natalis Comes præter rem nullus, n hil scribit argutè, nihil vinctè, nihil cum iudicio: tantum est laudis quod non est barbarus. Pontanus Neopolitanis rebus mirificè placet, vt qui Liuij dign tatem, acumen, decorum expresserit scribendo. Sun optimæ fidei vir conatus est, quantum potuit: port quantum nullus debet contemnere; nisi fortasse cri cis non probetur, monachum scripsisse vera non e eleganter.

Iouius malè sanus author.

CAPVT VII.

In lectione historiographorum quid obseruandum?

Quomodo quis elegans scriptor & prudens senator.

REs gestæ, ad suas quæque ætates reuocandæ sunt, si commodè tamen non possint, non est in hac temporum notatione multum diligentiæ ponendum: de re, decoro, prudentia, maior cura debet esse cuiuis, qui ex historia vult consequi, vt sit non solu elegans scriptor, sed prudens etiam senator: quare pri mum animaduertet in mari, portibus, præmontorijs, insu

insulis, vadis', qua circumscriptione, quo anfractu, quo sinu, quibus notis, quibus periculis, quibus commodis definiantur. In prouincia aliqua notabit elegãtiam, barbariem, affluentiã, penuriam, soli vim, montes, valles, flumina, agros. In ciuitatibus videbitur, quid singulæ habeant singulare, quàm sint angustæ, quàm amplæ, quibus inclusæ mœnibus, quibus cinctæ suburbijs, incolæ quod habeant ingenium: quam naturam, quos mores, quam denique politiam: in his diligentiam probo valde minutam, vsque eò, vt cuperem singulorum locorum singulas descriptiones ijsdem verbis descriptas conferri in vnum librum: num ex hac diligentia erit multus vsus, non solum ad linguam cudendam, sed etiam ad prudentiam mirè augendam: bellorum notabitur quæ fuit origo, quæ progressiones, quæ consilia, quæ deliberationes, quæ stratagemata, qui amici, qui inimici, qui fines: hinc colligitur prudentia multa, magna, vera: hic si incidant, aliquæ alicuius magni viri orationes, epistolæ, legationes, harum est indaganda forma, sententia, decorũ, prudentia, apparatus bellici, obsidiones, omnes machinæ, aut inuentæ nouæ, aut antiquæ adhibitæ, personarũ descriptiones, exquisitissima diligentia sunt videndæ peruidendæ. Resp. natas, extinctas, & in his varietates, leges, magistratus formas, attendes: legum condendarum & abrogandarũ causæ exigendæ sunt ad normam, seponendæ ad vsum, exempla virtutũ, & vitiorum in suas quæq; classes includenda, casus fortuiti, somnia, oracula, diuinationes non sunt contemnendæ: habent enim semper vel quod rideamus vel quod miremur: dictũ viri siue prudentis acutum, siue acuti prudens nullo modo debet prætermitti: acutum est hoc Demosthenis: cuidam enim inter grauissima consilia suscitanti, quis ciuium optimus, tui inquit, dissimilis: prudens fuit dictũ istud Albani Ducis. Carolo enim quinto vrgenta pugoas, vide inquit, quid agas: putas te agere cũ belluis, qui niteris tantum

In prouincia quid notandum. Item ciuitatibus.

Bellorum notanda origo quæ sit.

Demosthenis dictum acutum.

viri-

viribus, reperies viros, vtere consilio: si quæ sententi
in speciem pulchra intercurrat, etsi illa nihil faciat
historiam, notanda tamen est ad imitationem: qual
est illa Paterculi de Cæsare: spreuit cælestis anim
humana consilia, & voluit cum periculo summa p
tius, quàm tutò humilia: hæc breuiter tango poc
quàm explico, quia singula in Liuio ita sum explic
rus, vt pene oculis teneatis & manibus.

ROBERTI TVRNER
DE LINGVIS.

CAPVT I.

De numero linguarum.

Mithridates Rex viginti duabus linguis locutus.

DE numero linguarum diuersi tradunt diuer
Quidam contendunt viginti tantum duas l
guas, quòd Mithridates Ponti Rex totidem l
tus erat: ineptè: nam historiæ loquuntur, eum locu
viginti duabus, non loquuntur tot linguas: fuisse
tum hunc omnibus locutum, somnium est, nullo te
nulla historia nixum: refelluntur etiam (vt videas
sanos) authoritate, & experientia: nam vnius Europ
cancellis inclusæ sunt linguæ plures viginti duab
deinde, qui suis commentationibus illustrant Hom
rum, colligunt certis signis, homines multò plu
rium linguarum quàm viginti trium, conuenisse
Græcorum signis ad euertendam Troiam. Alij mul
historici huc incumbunt, quòd septuaginta tantu
quinque sint linguæ; petuntque rationem ex Moy
qui dicit, animas ex Iacob satas septuaginta quinqu
dilapsas in Aegyptum fuisse, quasi singulæ singul

Septuaginta quinque linguarũ genero olim.

loqua

loquerentur linguis: sic Euphorus, Picus Mirandula in Genesin, alijque: sunt tamen, qui vsu & experientia vincunt esse septuaginta tantum duas linguas; si spectemus originem; ex hac tamen origine fluxisse innumeras dialectos. De experientia quod loquuntur, parum habet momenti: quis enim ita omnes partes mundi peragrauit, vt possit numero recensere aut secernere tot linguas, non plures, nec pauciores? quod si Plinio nugarum multarum & magnarum architecto credamus, tantum fidei est huic opinioni habendum, quantum fabulæ: nam Plinios lib. 6. cap. 5. ex Timosthene narrat in Cioscuriade Colchorum vrbe trecentas diuersarum linguarum nationes & vixisse, & viguisse, & horum menti explicandæ centum triginta interpretes alios publicè fuisse, si contendant omnes has linguas reuocari ad septuaginta duas origines, & Dialectis tantum differre, expediant etiam mihi de Diodoro, lib. 3. de fabulosis antiquorum gestis: narrat hic de mercatore abducto à mercatoribus Aethiopiæ in fœlicem insulam, cuius indigenæ ossa, quasi neruos habebant in omnem partem flexibilia, linguamque à radice bisectilem, & quasi duplicem: de duplici lingua vsus probat: nam simul loquuntur varijs varia linguâ, simul imitantur variarum auium pipitus, & quasi cantus, simulque respondent prouocanti, prouocantque respondentem. Herodotus etiam scribit, Troglodytas gentem Aethiopiæ stridere voce, non loqui: deinde mercatores qui penetrant in Septemtrionem, quicquid agunt, nutibus agunt; quòd propter linguarum varietatem non possit reperiri, qui vnus omnes tibi linguas calleat: tanta varietas in septemtrione, quid ergò reliquis partibus; ex his eam summam colligo, fieri non posse, vt illæ linguæ bisectiles apud Diodorum aut hæstridentes apud Herodotum, aut multiplices in septemtrione subijciantur illis septuaginta duabus linguis: quid ergo certi? id vnum est certum,

Vsus linguæ à radice bisectilis.

quod in hac re nihil est certi : tamen si loquantur
linguis, qua includuntur regionibus notis, non mul
tum certè repugno de septuaginta quinque aut sep
ginta duabus plus minus : id tamen reprehend
quòd isti hæc sua obtrudunt mundo , quasi oracu
cum tamen nec attingant vera, nec proxima veris
magis, si admittant Platonem, qui de deorum serm
ne aliquo coniecturam facit, quod quidam in som
locuti sunt, & Hebræi Græcè Græcis, & Græci H
braicè Hebræis,& alij externi externis alijs ignotâ lin
guâ: etiam oracula illa antiqua fundebant voces n
illius gentis, in qua erant; & qui à dæmonibus obse
sunt loquuntur linguis non vernaculis obsessorum
quibus ergò? venaculis dæmonum.

Bruta non nutu solum sed sermone quodam vtuntur.

Clemens Alexandrinus etiam brutis tribuit no
nutum , sed sermonem quendam : probat effecti
Elephas hærens in luto,clamore elicit alium,ille dis
dit , redit cum turba elephantorum qui hærent
& periclitantem liberant. De scorpione in Lybia
mirabilius : nam si vnus hominem infestum non p
sit perdere,abit, redit cum multis, hi corpora corp
bus ita substernunt, quadamque quasi catenæ for
cohærent, vt hominem quem cupiunt, facile læd
discessus; reditus , insidiæ tam affabrè & ordine fab
loquuntur non nutum aut sibilum naturæ , sed se
monem ; quo vnus alios Scorpiones elicuit ad inis
riam suam vindicandam. De piscibus etiam na
rant piscatores : si quis forte hamum vel effug
rit vel eluserit; illo die eius generis piscem non v
deri in eo loco : quasi vnus alios pisces monuer
de insidijs cauendis. Porphyrius in libris de abst
nendo ab animalibus multa scribit de brutorum in
ter se sermone : etsi non inducat vt hæc credam om
nia , aut eo modo credam quo referuntur ab Alexan
drino & Porphyrio; quasi omnes bestiæ loquerentur
tamen hæc siue sint falsa siue vera; est certe opinio eo
rum

Idem in piscibus apparet.

rum, qui statuunt septuaginta tantùm duas linguas, falsissima.

CAPVT II.

Linguæ, quæ notæ sunt, ex quo fonte hauriuntur.

AD Hebraicum fontem referuntur Arabica, Syriaca, Chaldaica, Aethiopica, Abasina sub presbytero Ioanne, Aegyptiaca: de Aegyptijs est pulchrum, proprijs literis vtuntur omnes ijsdem, at sacras literas attingunt soli sacerdotes, & imbibunt à parentibus: sacræ illis literæ sunt non characteres, sed imagines & effigies rerum; accipiter scilicet, crocodilus, serpens, hominis oculus, manus, facies: per accipitrem auem velocissimam intelligunt rem citò factam, per crocodilum, ementientem lachrymas notant malum, iustitiæ per oculum signant cultorem. Sic Diodor. Siculus lib. 4. de fabulosis antiquorum gestis: stultè putant, qui in omni Scriptione putant Aegyptios vsurpare imagines tantùm, nam imagines hæ, (vt patet) sacræ tantùm erant sacerdotibus propriæ erunt literæ reliquis Aegyptijs, vt alijs gentibus: sacras literas Aegyptiorum vocant alij Hieroglyphicas: de quibus Orus Apolio scripsit.

Sacræ literæ apud Aegyptios non characteres sed imagines rerum.

Ad græcum fontem reuocant Aeolicam, Macedonicam, Cappadocum, Atticam, aliasque quæ Turcæ sparguntur, & indies inquinantur, vt in tam putidis riuulis vix agnoscas fontem.

Ad latinam originem refer Hispanicam, Gallicam, Italicam. Linguæ corruptæ ratio est quòd Romani Prætores ius nec dicebant, nec respondebant, nisi sua lingua; immo Romani ita perditè amabant suæ linguæ mollitudinem & suauitatem, vt nulla necessitate potue-

Quæ linguæ corruptæ apud Rom. ratio.

potuerint cogi, quò alia lingua, quàm sua cum pl
agerent, contraherent, loquerentur: quæ causa fu
Itali, Galli & Hispani, pressi grauissima Romanor
seruitute, coacti fuerint frangere & incidere v
Romanas, cum efferre non potuerint. Hinc er
Romanæ linguæ limpido fonte fluxerunt illi v
Hispanicæ, Italicæ, Gallicæ inquinati riuuli. De
lis extra controuersiam est, eos locutos fuisse alia
gua, quàm quæ illis est hodiè vernacula: quæ
putat Gallos locutos lingua illa Germanica, quæ
die est natiua Rhenensium, Helvetiorum, Elsat
rum, Vangionum; Belgarum, aliorumque illor
Gallorum, qui, citimi Rheno nullavi aut fraude p
rant ita cogi in ordinem, vt linguam suam omittere
& vsurparent Romanorum Peregrinam, eamque
rijs corruptelis tanquam maculis fœdè contam
tam: ex his certissimè statue antiquam Gallorum l
guam fuisse Germanicam, aut certè fluxisse ex Ger
nica origine. Itali facilius retinebant veram Roma
linguæ originem, propter viciniam, communion
necessitatem: verùm Vandali, Scythæ, Gothi, Germ
alij exteri cùm Italiam subegerant, linguam etiam
fecerunt peregrinis sordibus, eamque, quam iam v
mus induxerunt speciem.

Galli olim lingua Germanica locuti.

CAPVT III.

De Germanica Lingua.

Lingua Germanica omnium linguarum latissima.

LIngua Germanica antiquis latissimi fuit fund
nam Celtæ, Belgiæ, Galli lingua vrebantur Ge
manorum aut vera aut paululùm inflexa. De
Celtis & Belgis loquitur agnatio iam linguæ decli
nantis non multum à vera origine: de Gallis si quid h
dubitationis, eam Cornelius Tacitus facilè tollit.

Auct

Auentinus ex Ephoro & Strabone colligit omnes populos subiectos Aquiloni, Scythas; expositos occiduo soli Gallos, Calatasque, Celtas, aut Celtoscythas communi & nomine dici, & lingua loqui, Germani nominis nulla hic mentio: certum tamen eorum & originem & linguam hîc comprehendi: deinde Gallos, qui Romam incenderũt, Delphicum templum spoliarunt, in Asiam migrarunt, eos fuisse Germanos colligit ex Diodoro Siculo, Appiano Alexandrino, D. Hieronymo; & Godefrido Viterbiensi: tandemque subijcit, certum sibi esse, quòd Gallica lingua vocetur ea, quæ modò est Teutonum: ex multis etiam vocabulis antiquis quæ dicebantur Gallica, euincit idem: nam illa verba sunt planè Germanorum hodiè natiua: hæc lingua latius se paulò sparsit in varias regiones, quas populus Germanus fœcundissimus occupauit vel vi, vel pacto: nam certum est, Belgas, Brabantos, Hollandos, Selandos, VVestphalos, Saxones, Anglos, Dacos, Suecos, loqui lingua Germanica, quanquam eius originem iam infecerunt labeculis externi sermonis, eamque dum conantur polire, inquinant, faciuntque penè nouam, sed de origine nemo dubitat qui videt illorum omnium populorum simplices dictiones esse natiuas Germanorum: causam inquinatæ aut mutatæ originis nemo quærit, qui videt commercia illorum populorum pene quotidiana cum Gallis, Italis, Hispanis; vt penè necesse illis sit, asciscere aliquid exotici sermonis. De lingua Germanica & Heluetica legite Aegidium Scudum de Alpinis regionibus, c. 36. 37. 38. de elegantia linguæ Germanicæ loquitur multa Auentinus: fuisse sterilem linguam Germanicam semper patet ex Carolo Magno.

CAPVT IV.

De lingua Illyrica aut Polonica.

ILlyrici, qui vulgò Sclaui dicuntur, gens fuit multi ingenij, multi vsus, multæ audaciæ: hæc causa multi cur Vandalos etiam appellarint Sclauos: nam cùm Vandali misti Gothis & Alanis fœda populatione fu neſtarint totam Italiam, & ad orbis contagionem tan quam locuſtæ, effuſi erant in omnes partes, putabam hanc mentis altitudinem non aliunde, aut fuiſſe, au potuiſſe eſſe, quàm ab Illiricis, gente poſtea toto orbe celebratiſsima. Sed error eſt, non hiſtoria, ſiquidem ſciunt, qui in hiſtoricis aliquid ſciunt. Vandalos Scythas, Gepidas, Alanos, qui Gothis in vaſtatione or bis ſe miſcuerant, ex Gothorum ſanguine fluxiſſe quis neget? qui neſcit omnia his eſſe communia, lin guam, mores, diſciplinam quid multa? ſi excipias no mina diuerſa, omnia ſunt eadem. Deinde Vandali ce ſerunt ſuis finibus, & cum vxoribus ac liberis Luſita niam, Carthaginem, aliaſque partes prius occupa runt, quàm fuit nota vlla Sclauorum gloria, Sclau enim poſtea emerſerunt, ſi emerſerint vnquam nam eorum lingua latiſsimè iam patet: imò ſi comprehen dantur fines, quibus hæc lingua continetur, facilè dixerimus alias linguas ſerpere, hanc ſolam volitare per orbem. Multi hiſtorici noſtra ætate Sclauis alio qui infeſti fatentur facilè, hanc ſolam linguam dominari in mundo, reliquas quaſi huic ſubſeruire.

FINIS.

EDMVNDI CAMPIANI SOCIETATIS IESV,

MARTYRIS IN

Anglia,

Opuscula omnia.

Orationes.

Epistolæ.

Tractatus de imitatione Rhet.

Rationes 10. Academicis redditę.

ROBERTO TVRNERO

Campiani discipulo collecta.

Et nunc primùm è M. S. edita.

ADDITA EST NARRATIO DE vita & morte, quam in Anglia pro fide Romanè Catholica EDMVNDVS CAMPIANVS *Soc. Iesu Pater alijq; duo constanter appetierunt, ex Italico sermone latinè facta.*

COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Ioannem Kinckium sub Monocerote,
ANNO M. DC. XXV.

EDMVNDI CAMPIANI SOCIETATIS IESV, MARTIRIS IN Anglia.

ORATIO I. DE TVTELA ET defensione Mariæ Virginis à Balthasare Iugelio recitata.

CVm multis mihimet ipse nominibus (præstantissimi auditores) hoc Catholicæ iuuentutis contubernium gratulor, in quo tanquam in seminario virtutis, & bonarum artium ad omne decus honestatis, & scientiæ fœliciter informamur, tum intra hoc Collegium illud in meis maximis commoditatibus, fructibusque iucundissimis repono, quod à singulari Dei beneficio tale sodalitium erectum, & institutum viderim, cui Beatissima Virgo peculiari quadam ratione, tutelam & patrocinium præstare cognoscatur, cuius ego sodalitatis etsi pars infima, atque postrema sim; tamen meam lætitiam, quam ex hac mea conditione concepi, hodierno sanè die dissimulare non potui: quid enim potest adolescenti lubrico, & infirmo vel gratius, vel glorioſius existimari,

quam illius virginis propinquiori quodam nin
trocinio? cuius virginis tanta est in defendendo pot
tia, tanta in deprecando gratia, vt nullam penitus ap
suum filium, quem pro mortalibus interpellat, rep
sam patiatur. Quare patimini obsecro paucis ap
vos, qui amplissimam huiusce virginis dignitat
reuerenter colitis, de hac ipsa tutela ac defensione p
tentissima, quam Maria mater Dei fidelibus vbique
præsentat, & exhibet, simplicissimè desserentem: n
enim non maximos & vehementissimos habere p
test aculeos, ad incitandos omnium nostrum anim
vt frequenter & fideliter huius sacratissimæ Virgi
imploremus auxiliũ; si hoc prius fixũ & intimis sen
bus inclusum teneamus; quã illa libenter, quã cupi
quãvalidè, quã assiduè quã etiã in grauissimis ac del
ratissimis alioqui negotijs humano genere succurra
Et certè nullum est fundamentum aut firmamentũ
bilius, eorum suffragiorum quę à diuis cælitibus ex
ctamus quam ille ipse feruor & ardor charitatis; q
illi tanquam propitia Sydera, ad nostras miserias le
das atq; mitigandas feruntur, cũ humanis tenebr
lucescunt. Quod si ita est; quanta spes, quanta lux, q
fiducia, nobis merito refulget Aud. quoties ab ea sal
supperias q; deposcimus? cuius amor, dilectio, flamm
fax incendium charitatis, non solum hominibus,
etiam Angelis gaudium, solatium, miraculũ excita
Hæc quia super omnes Christianos dilexit ac dilig
præ omnibus etiam tenerrimè Christianorum cala
tatibus miseretur: hæc quia purissimè custodiuit inn
centiam; idcirco diligentissimè peccatorum sordib
inquinatos repurgari cupit: hęc quia totius domicili
& vasculum sanctitatis fuit, propterea curat auidiss
mè, vt fideles ad ipsam confugientes pulcherrimarum
virtutum accessionibus augeantur, nobilissimis th
sauris locupletentur, vberrimis gratiæ donis fæcund
tur. Atq; hoc illa præsidium, remediumq; præsentiss
mum non solum in periculis animarum semper co

Diua Virgo præsidium omnium ad se confugientium & quo modo.

tulit, sed etiam in discrimine corporum, fortunarum, amicorum, bonorum, patriæ, libertatis, quantum fragilitati nostræ expedit, ex istis difficultatibus vindicari. Plena sunt exemplis, ac testimonijs sacella, monumenta, statuæ, tabulæ passim veluti trophæa quædã in huius beneficij memoriam dedicata, quæ Mariæ misericordiam terra, mariq; laborantibus opportunè præstitam contestantur. Ille barbaricam tyrannidẽ & seruitutem Turcicam perpessus ab hac virgine solatium expetiuit; & præter omnium spem, ac opinionem ereptus ex carcere cathenas ipsas & vincula quibus tenebatur in Ecclesiam eiusdem virginis importauit. Ille oppressus per calumniam, nihil iam aliud, nisi carnificem præstolatus, ictumq; capitalem, huic virgini suspirium religiosum cum voto emisit, statimq; sic restitutus & assertus in pristinam securitatem fuit, vt mutationem tã repentinam ac subitam vix ipse qui optauerat auderet credere. Ille fædissima & horridissima cruciatus ægritudine, hanc sibi extremo suo difficiliq́ue malo patronam aduocauit, neq; multò pòst ita respirauit atq; reuixit, vt suã ipse curationẽ obstupesceret. Nã quid ego nunc illas publicas, & omniũ Christianorũ cõmunes ærumnas atq; calamitates persequar, quas illa nisi minueret molliret, releuaret, auerteret, quid putatis in hoc tã deprauato & exulcerato sæculo, cũ rebus humanis ageretur, quæ plagæ sceleribus nostris debitæ voli tarent, quæ pestes grassarẽtur, quæ fames viscera miserorũ ac intestina corroderent, qui cruces hanc impuram & flagitiosam carnẽ affligerent, quæ bella monarchiam nostrã euerterent, qui turbines ædificia nostra quaterent, quæ intemperies aëris elementa nobis ipsa confunderent, terræq́ue fructus & mortalium alimenta disperderent? cur ista non accidunt? si olim aquis, sulphure, gladio, inedia, terræmotibus, ruinis nefariæ gentes excisæ, vastatæ, dissipatæ perierunt, fuitne vllum tempus aliquando, in quo

Multi B. virginis suffragio vinculis carceribus ereptí.

Beata virgo si calamitates non euerteret miserè tractaremur.

Præsens seculum cum præteritis collatum.

quo plura sacrilegia, maior incæstus, horribilior bla-
phemia, nequiores insidiæ, duriora pectora, effrena-
tior libido, intolerabilia superbia regnauerunt: si qua
gens propter luxuriam consumpta est, ecce tibi tempo-
ra in quibus non solum adulteria dominantur, sed e-
iam castitas atque virginitas Deo consecrata in-
summa flagitia numeratur. Si qui Gigantes in Deu-
contumelioſi iustis supplicijs fracti quassatique fe-
runt: ecce tibi seculum in quo tot hæreses, tantas bl-
phemias eructant, vt credibile sit inter ipsos cacod-
mones damnatosque spiritus huiscemodi voces fr-
mo cum tripudio frequentari. Cur igitur paribus pe-

Quare paribus peccatis paria supplicia hoc seculo non inferantur.

catis, paria supplicia non inferuntur, imò cur n-
ætati nostræ multò magis execrabili, quam illæ sup-
riores fuerunt, non saltem æqualia tormenta Deo v-
dice iustissimoq; iudice infliguntur? Equidem vide-
mihi videor Christum læsum filium Dei viui tot in-
rijs lacessitum iam iam tela manu corripientem atq-
vibrantem; quibus hanc progeniem, tam diram, ta-
que pestiferam feriat, comminuat, exterminet. Sed
altera parte diuinissima ipsius Mater, Mater mise-
cordiarũ maternis affectibus incitata, supplici rogat-
pœnas intentantẽ continet; & corã filio gratia ple-
genitrix prouoluta, quotidie suspensionem vindict-
dilationem vltionis, expectationem pœnitentiæ, ora-

D. Virgo quo modo interpellet pro nobis apud Filium.

obsecrat, obtestatur. Vide inquit, dilectissime fili, pe-
mas extensas quæ infantulum contrectarunt; agnoli-
vbera quæ suxisti; intuere faciem cui tot oscula ta-
dulciter impressisti; aspice virgineum pectus, quo
tuo passionis gladio penetrasti; cerne brachia quibu-
portari ac sustentari voluisti; considera gremium
quo nunc vagiens, nunc dormiens, nunc mamillam
pressans iacuisti; miserere membris tuis, carni tuæ, g-
neri tuo, fratribus tuis; quos vt redimeres non solu-
labores infinitos exantlasti, sed etiam illam ipsam ca-
nem quam ex me sumpsisti, patibulo crucis addixis-
illiu-

illum ipsum sanguinem quem de meo hausisti, copiosissimè profudisti. His ille vocibus interpellatus, Auditores, ictum paratum iam, ac destinatum cohibet; matremq; purissimam contemplans, nihil tam grauè tamuè arduũ æstimat; quòd non huius intercessioni liberalissimè concedat: amantissimè remittat, clementissimè condonet, munificentissimè largiatur. Quid enim in illa cœlesti curia, quid in illa celsissima Dei maiestate cogitari potest quod non inflectat atque promoueat huiusce virginis conspectui? quid in illa sanctissima trinitate potest concipi, quod non huiusce preces interuentusque persuaserit, quid ei Deus Pater sempiternus deneget cui filium communicarat suum? vt qui in cœlis ab ipso sine matre sit genitus, ab hac in terris sine patre nasceretur? quid ei Dei filius non assentiatur, cui honorem & reuerentiam parenti debitam semper exhibuit? quid ei Deus Spiritus sanctus non contribuat, quam sibi in tanto mysterio verbi geniti sponsam delegerat illibatam? Et certè crediderim etiam tum cum hæc virgo procurationem nostram suscipiens ad calamitates nostras deprecandas prodierit, tum inquam, vniuersam illam regalis aulæ coronam, tum illum consessum beatissimum Angelorum ac diuorum omnium, vna sese ad supplicandum dedere sese prosternere, voces attollere suamq; reginam supplicantem ardentissimis votis cingere plenissimisque suffragijs comitari. Tantæ potentiæ, tantæ gratiæ, tot honoris, tot charitatis insignibus, quid quæso non celerrimè dabit ille Deus, qui maximè gaudet cum plurimas parcendi & miserendi causas sibi præbitas & subministratas videt? Quare currite ad Mariam patres, currite fratres, currite sodales, currite filij, currite matres, currite virgines, currite omnis ætas, omnis sexus, omnis conditio. Si premunt afflictio, seruitus, egestas, morbus, tyrannis, prælia, fames, vllum genus, vel præsentis, vel imminentis, mali; habetis eam, quæ extre-

Nihil in SS. Dei Maiestate cogitari potest quod non inflectat B V. conspectum.

extremis difficultatibus supra spem ac supra fragili-
tis nostræ confidentiam iuuare & remedia solidissim-
curare solet. Audite quæso historiam memorabilem
Cum Iulianus Apostata vastitatē & excidiū Cæsari-
fibus Christianis minaretur, si de bello Persico red-
tisset incolumis, populus vniuersus indicto ieiunio
templum Diuæ virginis cum Episcopo Basilio in mo-
tem Didymi conuolauit: Ibidē sacratissima Virgo
parens orante Basilio Magno, acciuit ad sese Mercu-
martyrem (cuius corpus erat Cæsareæ conditum)
Interfice, inquit, *Mercuri miles fortißime Iulianum Cæs-
maledicentem Deo, & meo filio.* Eadē nocte qua hæc ge-
& visa sunt S. Basilius ad tumulum Martyris accurre-
arma quę istic adseruabantur deesse notauit; & poste
die vniuersus cum ipso populus ad eandem Basilicā
regressi hastam Mercurij martyris, loco redditam
imbutam sanguine conspexerunt. Ecce autem attoni-
omnibus, subito Libanius. Quæstor interuenit, q
nuntiat repentinum interitum Iuliani; idq; eo mo
ac ordine vt omnes Mariæ virginis auxilium expe-
visionem Basilij cum rerum exitu consentientem
gnoscerent. Narrauit enim Libanius, qui etiam per
tus eo miraculo fidem Christianam est complex
quendam ignotum militem inter medias excubias p
rupisse, qui Iulianum ad Euphratis ripam lancea co
foderit; atque ita Tyrannum confecerit, immanit
vociferantem, & infelicem animam cum tetris bla
phemijs euomentem. Intellexerunt ergo fideles Chri
stiani, quam prompta, quam præsens, quam oportu
Dei genitrix in ipsorum periculo subleuatrix & adiu
trix extitisset. Sed forte in rebus externis, non multo
plenius in salutaribus animarum nostrarum negotijs
hæc benignissima virgo suam operam, suumque stu-
dium collocare solet? Accipe igitur si non molestum
aliam historiam, quam grauissimus author Mer
phrastes prodidit, vt ex vna narratione luculenta

Memorabilis de B.V. Historia.

tætera generis eiusdem quæ sunt innumerabilia colligatis. Theophilus, per stomachum & iram pernitiosam, cupidus vindictæ cupidusque dignitatis quam amiserat; monitus à Iudæo sceleratissimo, magicisque artibus instructissimo, principem ipsum tenebrarum in solio residentem pronus adorauit; ipsique Diabolo pedes deosculatus Chirographum ei suum tradidit obsignatum; in quo Iesum Christum, & Mariam virginem obiurauit; hac ille mercede cum oppigneraſſet animam, facilè pristinum honorem diabolo procurante recuperauit: Sed non multo post cum tortus, & laniatus misera conscientia, velle cœpisset ad pœnitentiam reuocari grauissima diffidentia perculsus & tartareis quibusdam furijs exagitatus, acerbissimè vexabatur: quid faceceret? sperare non audebat, desperare non debebat. Adhibitis ergo ieiunijs, fletibus, lamentis cæterisque asperitatibus, quibus tantum facinus expiandum fuit, in templo Diuæ Virginis coram ipsius imagine dies noctesque plorans, & eiulans habitabat; Quid accidit? attendite nouum & inauditum prodigium. Sopito Theophilo. Chirographum illud ipsum quod Satanæ detulerat; quo se gehennæ mancipium fore perpetuum obligarat; quo Christum & Mariam detestatus fuerat; supra pectus iacentis beatissima virgo deposuit: quod ille expergefactus cùm sensisset, volauit ad Episcopum in Ecclesia, suum scriptum de loco superiori legens publicauit, ingentem audientibus stuporem lætitiamq; concitauit: suam nequitiam miserabiliter fassus est, ac pœnitentiæ remedia suppliciter postulauit. Deniq; reliqua in vita sic profecit in virtutibus, vt post mortem ascriptus Diuorum catalogo; nunc inter egregios Confessores ab Ecclesia Catholica celebretur. O bonitatem, ô felicitatem, ô mansuetudinem, ô leniratem, ô pietatem singularem, mirificam, admirabilem, eximiam, & omnibus omnium gentium

linguis

linguis & literis prædicandam. Tenè celsissima, &
tentissima virgo, quam ille spreuerat, læserat, abn
ciauerat, tenè spretam, læsam, abnuntiatam, illi mat
salutem & refugium præstitisse à qua suo merito p
nam, non remedium expectare poterat? Quid facie
lis qui te colunt, qui te suspiciunt, qui te implor
qui te humiliter venerantur? Si propitia fuisti pecc
illius qui te reiecerat tuamque dignitatem verbi
scriptis malitiosissimè violarat; certè, mea lux, licet
dignus, & impurus sum, licet factis & operibus ma
tua maiestate deficio; tamen fide, & protestatione
bentissima, tuum filium ex te natum confiteor
ipsius Ecclesia consisto, atque maneo; audiente Sa
numen illud sempiternum, tuamque augustissim
celsitatem, & claritatem pronuncio; tibi corpus & a
mam commendo meam, tibi me credo, atque com
to confidenter; neque quicquam magis in votis h
quàm vt ex dotibus, & ingenio quantulocunque
aliquis in te aliquando possit honor redundare. I
hoc quoniam ab omnibus nobis maiori spiritu
critate cogitari, & offerri, scio, ornatissimi audit
quàm ego aridus & insipidus profari aut exp
queo, propterea hortari vos, atque ideo iubere
verebor, vt firmis & infractis animis, hanc virg
quam sic religiosè colitis propitiam, vobis sum
persuasum certissimè constituatis: gaudet enim
suo tam excellenti bono idque vehementer cupit
les quales nos, præsertim esse vultis effundere.
precor vt & animas vestras in huius virginis cu
diam tanquam in asylum quoddam reponatis & q
vestra charitas est, vt hoc quoque tenerum sodalitat
eorum qui se in obsequium huiusce virginis dedi
runt, meritis ac precibus vestris apud eandem comm
hem matrem nostrum omnium prouehatis.

ORA

ORATIO II. DE SANCTO VVENceslao Patrono Boëmiæ à R. P. Edmundo Campiano Pragæ in collegio Societatis Iesu, in promotione studiorum habita.

QVantum Academiæ nostræ cum solenni lætitiâ dignitatem initia mensis Octobris adferant: studiorum auspicijs, virtutum præmijs, tali consessu decorata (præstantissimi auditores) non modò voces multorum quas frequenter inaudio, sed etiam hi vultus & oculi quos inspicio plenissimè contestantur. Quis enim non intelligat eo die maiestatem quandam rebus adesse literarijs? quo die & ingenia florentissima veris laudibus excitantur; & artes optimæ debitis honoribus nutriuntur; & suauissimi labores anniuersatio ritu repetuntur; & hæc omnia præsentibus, fauentibus vobis illustrantur. Sed tamen est quiddam profectò maius atque diuinius in isto tempore, quod Academicam istam celebritatem, quod nostros omnium conatus, hodie congressusque nobilitat, cuius neque ignari, neque immemores debemus esse, nisi vel rudes in hac repub. vel turpes in officio videri volumus: rudes, si negotium hodiernum in sacratissimas D. Principis ac Martyris VVenceslai ferias incidere nesciremus: turpes, si cum ex hoc loco varia quotannis audiantur, non etiam quandoque Patronum Boëmiæ singularem panegyricè saltem coleremus. Itaq; delatũ hoc mihi mandatumque iustissimæ laudationis argumentum suscepi, fateor, (auditores) non minus

equidem libenter quam nunc sustinere confidere
Nam licet ego sim is quem rei moles premat & magn
tudo; tamen is est VVenceslaus qui vel oneri succu
bentem facillimè subleuabit : non enim aliqu
è vetustis illis, & priscis Græcorum, aut Roma
rum, aut Barbarorum strenuis ducibus vel Imper
ribus proferam ; quorum gloriam falsis virtutib
adumbratam mors horribilis & funesta posu
quique buccinatoribus nihil quicquam (vt leuissi
loquar) gratificantur suis: Sed eum cuius admirabil
vitam fælix æternitas intuetur: eum qui suis client
immortalia confert beneficia : eum qui hæc tecta,
hanc coronam literatam , ipse quoque iuuenis o
& pius & doctus & diligens , nunc de cælesti pal
triumphans contemplatur, eum qui nos audientes,
me dicentem excitat & confirmat: eum cuius præ
nia nullæ gentes , nullæ linguæ , nullius vnquam
turnitas temporis conticescet. Ingrediar igitur in
stantem caussam & fœcundam , cœlo terraque
dentibus, auditores, & ne multiplici disipatur m
ria aut prolixus fiam, certos mihi terminos cance
que circumdabo, quibus ea complectar non qua
possunt omnia, sed quę præteriri nullo modo po

S. VVenceslai pueritia quæ & qualis.

Triplex in vita sanctissimi VVenceslai rerum
starum varietas & vicissitudo apparuit tempo
quorum primum difficile ac turbulentum; secund
tranquillum & honorarium ; tertium, palmarium
triumphale fuit : Quibus in singulis memorabile
tutis decus ac inflammatæ lumen charitatis emic
Etenim à prima pueritia cum orbatus VVratislao
tre, Duce Boëmorum potentissimo, Drahomira m
tris debilitari potuisset illecebris , magno tamen
infracto animo fidem professus Christianam , a
Ludmilla potius innocentissima fæmina, quam Ethn
ca matre & sacrilega teneram ætatulam oblectabat
Accessit Pauli sacerdotis venerabilis viri pruden

& grauis institutio; quam beatus puer sic insuxerat, vt fœliciſsimam illam terram verè posſes agnoscere, in quam spiritalis agricola puriſtimum semen iniecerit. Et hoc quidem minus mihi mirum videretur, si rebus ad voluntatem fluentibus, ipse virilibus annis maturior, hominum fortuna conspirantem, & florentem gratia tam sedulus obseruasset; sed quod puer in illis procellis, & fluctibus tempestatum, quibus pauculi, & miseri Christiani tunc affligebantur, disciplinam seniculi præceptoris tot aulicorum & procerum corruptelis antepoſuit, is profecto declarauit, & quam sapidè gustaret Euangelium, & quam sincerè vitam informaret, & quanto fortius paradisum quàm Boemiã, illius regni spacia, quàm hasce terrarũ anguſtias mente conciperet. Hunc ergo presbyterum audiebat, huius monita concoquebat, huic sacrificanti miniſtrabat, huic animam expandebat, in hunc se totum reponebat. Cæterum dum hæc ille apud auiam primùm, mox Budeci degens in literis meditabatur: interea mater Drahomira fœdiſsimum dœmonis mancipium quæ impubere filio principatum inuaserat, oblita viri, oblita modeſtiæ muliebris, superſtitionibus, & idolis ebria Pragæ desæuit in Christianos, exuit opibus & honore, bona proscribit, afflictat carcere, damnat exilio, mactat supplicijs, scholis & concionibus interdicit, inuolat in sacra cultus & ceremonias noſtras abrogat, quin & audacia Deum, adeoque furentior domicilijs ipsis Diuorum B. Virginis pro curia, & in arce D. Georgij quæ sola propemodum hic extabant, ferum & immane molitur incendium: nõ minus infesta sacrificio missæ quam noſtro sæculo Martinus Lutherus fuit; quem infamiæ causa nomino. Nulli iã Christiano tutus in hac vrbe locus supererat, non forum, plenum sicarijs: non prætorium, carnificina Drahomiræ, non templa, ferro flammaque violata, non priuatæ domus insidijs expoſitæ & dominorum sanguine

Impubere adhuc S. VVenceslao mater principatum inuaſit, de eiuſque nefanda factione.

redundantes. Quoties in senatu per calumniam, quoties in platea per vim, quoties in suis ædibus, quoties in ipsis lectulis necabantur? Quibus in conflictibus si quis fortè fidelium quemquam ex hac pestifera factione prodidisset, continuo decem inermes & parati in iudicium arrepti, vnius interitum velut inferiæ compensabant. Sed quid ego decem numero, cũ turmatim ... pissimè vna etiam nocte dum Christiani pace pa... quiescerent, plusquam trecenti semisomnes in cubi... lis obtruncarentur? Agnosce Praga Tragœdias ... agnosce vindicem libertatis tuæ: hic nisi clementis... mus Deus egregium adolescentem ex ipso ludo lite... rio ad te liberandam euocasset, illamne deinceps g... riã aut vlla religionis vestigia tenuisses? Accitus ig... VVenceslaus vt amicis, vt patriæ, vt fidei succurr... laboranti, consilia cum Ludmilla & cum op... quibusque contulit. Quid faciat? eat? matrem qual... illam cunque matrem tamen oppugnabit. Non ... amabit Tyrannidem, prodet innocentes, Christum ... ferret. Vicerunt piorum lachrymæ, bonitas causæ, pe... culi magnitudo: iuit & laborantis Ecclesiæ tris... mam calamitatem non terrore belli, sed authori... nominis attenuauit: aduentu præsidioque sustuli... sepelijt. At quo tandem spiritu? Non ille dissimula... ter, languidè pedetentim, sed apertè, serio, fortiter, ... mosè, Dei causam & salutem æternam ciuium... tuendam existimauit. Magna res est anima, præsertim hominis Christiani; magna dignitas, magna redemptio, magna expectatio: hic nisi quispiam vel matrem... lam suam, vel necessarios suos, vel patrimonium ... vel iacturam; non dico, vnius vrbis sed totius orbis no... minabit. Pereant omnes omnium fortunæ, valeant regna, terra dehiscat, cœli machina dissoluatur potius quam vel vna anima præcipitetur ad inferos: præcipitetur dixi? imo, quam vel momentum temporis in vnius flagitij turpitudinem prolabatur. Itaque sanctiss...

Pessum iuisset Praga ni S. VVenceslaus sustentasset.

simus

simus adolescens, cum non nesciret quibus contumelijs, confœderationibus, iniurijs potentium virorum insanæque multitudinis, caput suum obiectaret, qui vexillum Christi non iam in latebris sed in luce Reip. defixurus erat cum in profitenda fide periculum & odium præsentiret; in tollendo pestem & perniciem animarum, omnia maluit adire formidolosa & aspera, quàm tergiuersando, & assentando naufragia pietatis augere, nequitiæ; cupiditatis alere. Ergo in conuentu publico frendentibus inimicis malitiaque tabescentibus illius se Christi discipulum publicauit, cuius illi crucem contemnerent, gloriam obscurarent, sacra pessumdarent, cultores maledictis & iniquitate proscinderent: Matrem verò præsentem & diruptam inuidia protinus exauctorauit imperio; rem Christianam velle se opibus, assiduitate: consilio, potentia, cunctis viribus amplificare professus est. Inter hæc initia grandis ei luctus & insperatus generosam mentem perculit. Nam Ludmillam Drahomira, nurus socrum, venefica, mulier religiosam & velatam viduam, sociam eorum consiliorum quibus VVenceslaus alumnus auiæ Christum propugnauerat; Hanc inquam, satellitibus immissis orantem & præstolantem fata sibi diuinitus indicata, curauit suffocari. Cum illa Spiritus sancti afflatu præmonita, instante iam martyrio, quicquid in cella, quicquid in horreis, quicquid in loculis haberet id omne sua manu profudisset in pauperes; denique Paulo sacerdoti confessa labeculas suas, ab illo viaticum vitæ percepisset, ac in eodem sacrario quo strangulata fuerat supplex prouoluta, horam exitus sui gemitibus & precibus muniisset. Hoc facinus tam dirum, multorum licet iudicio pœnas exquisitissimas postularet, neque vllum naturæ vinculum tali portento seruandum videretur; tamen reueritus vmbram ipsam materni nominis VVenceslaus, non quid illa, sed quid se dignum esset cogitauit, vbique temperans

D. VVenceslaus adolescēs frendentibus inimicis Christi discipulum se profitetur.

Ludmilla D. VVenceslai aula in sacrario strangulata.

D. VVenceslaus quomodo mortem auiæ luxerit.

ab iracundia, cætera ab vltione coërcuit. Mœrebat ille tamen cum oculis Ludmillam requireret, non cal aniculæ, quæ cum trophæis euolauerat, sed ereptam sibi commoditatem illius, cuius ad exemplum tra quam ad speculum se componebat, cuius præceptis omni ætate iuuabatur, qua cum solebat vigilijs & ie dia concertare, sed hoc desiderium insignis moderat & plenioris cuiusdam pietatis abundantia restrin præsertim cum beata Ludmilla iam etiam miracu inclarescceret, cui triennio pòst ad D. Gregorij tem plum translatæ, nepos, auiæ fæliciter & magnificè p rentauit. O tam disimili metallo effictam & in vtra que partem satis nobilem VVenceslai familiar auum patremque constantissimos in fide, mate obstinatissimam in perfidia, sanctam auiam & mar rio coronatam, germanum fratrem turpificatum pa ricidio: docemur id quod res est, nullum perpetu & stabile, nisi virtutis decus existere, nullam contu ctionem sanguinis glorioſam quam scelera deho stant, nullam odioſam quæ contagione pestis car Hæsisse mihi diu videor in illis primorum tempor statibus, Auditores, nunc placidissimum, & laudat

Regno laudatissimè & piè præfuit.

mum qæsso cognoscite principatum. Sic enim p fuit, vt nemo seruire possit laboriosius; sic seruit nemo præesse queat magnificentius. Cum honor pu licus ageretur pompam ducebat; cum sibi redderet solitarius excubabat; Auro fulgidus, personam sub bat; cilicio constrictus animam repurgabat: equi vehiculis interdiu portabatur; noctu ligna suis humer ris ad pauperum tuguria comportabat: apparatu re gio sceptrum gestabat, nudatis pedibus obibat Eccle sias: idque cum Podiuagius famulus comes & confra itinerum secretorum præ niuibus & frigore congel tus & algidus ferre non valetet, in vestigijs Domi iussus insistere, totus deinde concaluit miraculoq prædidicit quantum ducem sequeretur. Num quid ego illi

illa quotidiana commemorarem tam in hoc vsitata, vt vbiuis omnium sermonibus decantentur? Eleemosynæ effusissimè, ieiunium, & preces coniungebantur suspirijs, fletibus, pernoctationibus. Et hæc familiaria. Illa magis illa contueor & suspicio quæ minimè specioſa, maximè fructuosa, condocefaciunt animos rerum succesſibus insultantes, quæ frangunt impetum superbiæ, dispellunt fumosas imagines vanitatum hominesque miseros & lubricos suæ vilitatis & mortalitatis admonent, intrare ad hospitia langnentium, adesse decumbentibus, prosequi sepulturas, laborantium incommoda, squallores, anhelitus, fœtores perpeti, nullam nisi, peccati maculam, nullam saniem, nullas sordes, nullam sentinam horribilem & execrabilem iudicare. Hæc ille pietatis & humilitatis officia cum frequentaret, cum in opulentia terrena verissimam paupertatem coleret, cum in summa potestate ad infima se dimitteret, cùm vlceroſos & squalidos libentius quàm cincinnatos & calamistratos adspiceret, cùm hilarior in sacello quàm in solio cerneretur, cum hostiæ manna suis ipse manibus intereret, ad sacrificia vinum exprimeret, Psalmos ad latus appenderet, sacerdotes & clericos haberet in pretio, ad omnium se pedes tantus princeps abijceret. Inuentus est non nemo (vt sunt isti filij tenebrarum hebetes & crassi) qui splendorem virtutis, ignauiæ nominibus obscuraret, & minus idonenm rebus gerendis diceret V Venceslaum, cuius omnis & vox & sensus anhelabat cœlestia. Inflatior cæteris* Curimenus Princeps Deislaus non dubitatit incursionem facere, occasionem sibi ad occupandam prouinciam oblatam esse arbitratus. Tum verò satis patuit, quantam animi celsitatem simplicitas illa mitis & generosa tegeret. Nam qui imbellis habebatur non solum copias in aciem luculentas eduxit: sed etiam bellicosissimum & superbissimum hostem ipse

S. VVenceslai opera misericordiæ alios opibus tumidos condoce faciant.

**Ioan. Dubrauius ep. Olumucēsis l. 4. & 5. hist. Boëmicæ vocat Radislaum Gurimensem principem.*

(quo multorum sanguini parceretur) duello excep
Fingite vos auditores, huic spectaculo (si placet) im
esse. Videte principem Christianum super cilicium
vestem induta loricula prodeuntem, paruo gladio
succinctum, crucis figuram in fronte pingentem, a
dentem & alacrem in arena consistentem. Vid
nunc alterum Cataphractum, hastatum, tela vibra
tem, viribus præfidentem. Quis hunc putaret effre
tum iuuenem qui se antea firmauerat, nisi Bohemia
bi tota in ditionem tradita, nolle quiescere, in
puncto certaminis, omne pugnandi consilium subi
deserturum? deseruit: tela proiecturum? proiecitu
turum in terram? proruit: veniam pro audacia pet
rum? petijt; Qua impetrata Baptismum etiam rec
cupidissimè, nec humano tantum sed etiam diuino
dere, suo se principi conglutinauit. Anglos nam
conspectos aiebat, quibus interminantibus desilire
equo & supplicare cogeretur. Non hoc in VVences
nouum fuit, stipantibus eum Angelis, ab iniuria m
nire. Nam & Cæsar cum Ratisbonæ principes Imp
rij congregasset, ducemque Bohemum aliquando
sideraus in senatu, per stomachum præcepit, vt ing
dienti tardiusculè, nullus assurgeret. Is ipse hanc me
ctam primus omnium inusitato genere honoris &
nerationis mutauit, Deique seruum aduentantem
præoccupauit reuerentia, inflexo poplite salutauit,
Imperatoria sella collocauit, humilis ipse resideu
Angelos namque aiebat à se conspectos qui vetasse
ne qua VVenceslaum exciperet contumelia. Sinite
(Auditores) festinantem ad id quod è tribus extremum
proposueram multa consultò prætermittere quæ m
hi diem auferrent, si paulo fusius dicerentur. Sinite
me tacere sumptus quos fecit in Ecclesias, non com
memorare quot ille templa matris olim Tyrannide
quassata redintegrauit: quot à fundamentis erexit,
quot locupletauit, Transeo S. Vitum cuius cum bra
chiolum,

D. VVenceslaus Angelis eum ab iniuria defendentibus stipatus.

chiolum, optione sibi à Cæsare facta de tot thesauris Imperij delegisset, templum & religiosissimum & augustissimum exædicauit in capite ciuitatis. D. Petrum cui celeberrimum templum quod & Romanum vocitarunt exstruxit, sileo,& supersedeo sacris ædibus numerandis, quas nominatim D. Michaëli, Diuo Laurentio,D.D.Martyribus Cosmæ & Damiano condidit sacerdotum prætergredior collegia quæ sustentauit, puerorum greges quos educauit.O superi in quæ tempora seruati sumus,Redi Redi sanctissime VVenceslae & in hac florentissima nobilitate, quia tui sunt & haberi volunt excita nobis aliquos aliquando qui te potius in fundandis, quàm Ziskam in diripiendis Ecclesijs imitentur. Veniam nunc ad annos vltimos & aureos VVenceslai, quos ille velut suæ stadium vitæ propediem decursurus, diuinioribus quibusdam virtutum notis impressit & insigniuit. Iam in Bohemia, passim Barbara superstitio refrixerat, iam fides radicibus altis germinarat, iam timor omnis ab hoste resederat, iam foris existimatio, pax gentis & opulenta serenitas inualuerat, cum beatissimus Princeps quotidie magis magisque rerum pertæsus mortalium, altiora quædam consilia versat animo, non iam cum suo Domino portiones diuidere sed holocaustum ei pingue & opimum dare cogitans; præclarum est amare in Christo pauperes, præclarius cum Christo esse pauperem. Liberale est tribuere facultates liberalius semetipsum :generosum est velle colligere mendiculos, generosius velle viuere mendicato. Rarum est de solio pannosos & lacertos paternè respicere; rarius est solium & sceptrum pannis & inopia commutare. Huc huc volauit spiritus expeditus & feruidus,vt cum Romano Pontifice tractaret per internuncios de religiosorum instituto, & habitu capiendo, principis exuendo. Auxit propositi firmitudinem virginalis integritas; quam in omni vita purissimè conseruarat:

Templa Matris tyrannide euersa, magnis sumptibus redintegrat.

D.VVenceslaus vltimæ ætatis annis quàm rerum mortaliũ pertæsus.

Virginitatis suæ non prodigus.

itane verò? potuit in summa rerum affluentia, in fum-
ma fortuna, quæ summam licentiam & impuritatem
generat, vir tantus, tam floridus & viuidus illibatam
præstare, quam isti viles homuli postquam iurarunt
perrumpunt & violant, quam alij multi velut omen
quoddam Aethna grauius auersantur? At enim liberi
defuerunt: vt quid liberi? Qui propagarent familiam
si quid hoc ad rem pertinet, frater supererat Boleslai
prole quam virtute fœcundior. Vt quid liberi? q
cum hæreditate nomen & memoriam paternam ab
rent? Vter ergo è duobus istis fratribus prosperita
felicior, parricida ne, cuius ad aliquot annos dura
progenies, an Virgo & Martyr qui sæculis viget vi
bitque omnibus, qui velut Abraham quispiam h
dem suæ fidei Bohemiam reliquit vniuersam? Tal
ille filios quàm cupidus acquisiuit, vel ex hoc satis m
nifestè apparet, quod multos ab ipsis infidelibus
bus ingenti pecunia coëmerit, vt ex seruis Dæmon
libertos Christi faceret. quibus ille docendis &
uendis munificentissimè prouidit & amplissimam
mum sub D Antonij titulo consignauit.

Quid vobis videtur, Auditores? tam excellens, ta
admirabilis vir & princeps, quem omnes boni supe
stitem esse discuperent ad ætatem grandem & no
simam lineam senectutis: debuitne ante tempus mo
tem oppetere? debuitne per insidias interfici? debu
ne à suis? debuitne à fratre? & ab eo fratre cui se
communicauit sua, vt eum, à teneris quidem vngu
lis Christianum, sed maternis consilijs deprauatum
inflecteret ad æquitatem & mansuetudinem, sibiq
relinqueret successorem. Hoccine monstrum de
stirpe fuisse genitum? non potuisse dies paucos exsp
ctare, quin quod celerrimè beneficio fratris obuen
rum esset, illud occisione fratris importunè præcipe
maluisse? Rogat obnixè fratrem simiolus iste, vt
se Boleslauiam dignetur excurrere, festum ibi lætu
& so

& solennes Epulas, nato sibi recens filiolo, cum baptismo celebranda. At VVenceslaus, cùm neque pium officium detrectaret, & instinctu quodam cœlesti præsugiret obitum; licet nunquam ad mortem existeret imparatus, tamen illis ritè diebus ea dixit & fecit abundantissimè, quibus occupari conueniat animam euolaturam de custodia, cœlo quàm terris digniorem. Expiatur pœnitentia, Eucharistia pascitur, valedicit suis, orat prolixè, vaticinatur futura, omnibus horis ad migrandum componitur. Et quia Bolislaus constitutam cædem in multam noctem parricida protraxerat ille suas preces more solito redditurus, ad limina templi properat, ne quo in loco nisi sacro ante intentus sacris deuotus ille Deo ipsius corporis vinculis solueretur. Ibi fratrem, ibi Principem, ibi hospitem, ibi inermem, ibi antelucanis precibus vigilantem, ibi minimè paratum ad resistendum; optimè paratum ad moriendum adoritur, sauciat, prosternit, concidit excipientem lethales ictus sine murmure, insidiator nequissimus immanissimus gladiator. Adde Bolislae, si quid potes ad hanc impiam crudelitatem crudelem impietatem tuam. Tu enim addidisti & seminecem fratrem militibus suis laniandum & consiciendum obiecisti. Perge si potes & in mortuum quoque sæitiam & furias exerce tuas. Tu enim exercuisti; & gloriam Martyris eleuare verbis & immanibus edictis opprimere conatus es, donec vociferantibus & clamitantibus miraculis tam euidentibus, tam varijs, quæ neq; calumnijs eludi, neq; tenebris occludi quierant, victus & fatigatus contremisceres, & ad Basilicam Martyris virtutem numinis adesse præsentisceres. O exoptanda vulnera quæ talem animam corporis ergastulo relaxant; cicatrices amabiles quæ Martyrium testificantur, venerandas reliquias quæ potentissima designant opera; dulces exuuias, quæ tantum Patronum repræsentat; honorabile sacellum quod

B. VVenceslaus moriturus seritè pieque præparauit.

Bolislaus frater ei mortem infert.

quod Cœlestem thesaurum possidet; terram nobilitatam, cui fidelium Antesignanus præfuit, fortunatam vrbem, quã incoluit, Te te inquã fortunata Praga, quæ ille iuuenis è Tyrannorũ ac Diaboli faucibus exemit, quã ille princeps dotauit sacrosanctis ædificijs, illustrauit pietate, quam ille nunc Cœlum obtinens tutela protegit & comprehendit sua, Tunc verò illius exemplum & fidem non imitere? per quem effectum est in te hodie templa Dei ac non Apollinis delubra celebrarentur, vt intra muros tuos Oracula prophetica, non Delphica colerentur, Iesus Christus Dei filius, non Iouis adulterio nati Mercurius, aut Hercules à tuis coluibus adorarentur; vt Maria non Minerua, vt Angeli non Dæmones, vt Martyres, vt Pontifices, vt virgines, vt reliqui Cælites, non Fauni, non Satyri, non Vestales horum sermonibus honorentur? Dic illis quæso Ecclesia Catholica præcidere voluerunt. Reddant tibi VVenceslaos, reddant Adelbertos, reddant Procopios, reddant saltem Carolos parentes patriæ, quorum testimonijs nitare potius quàm aut Ieuis cuiuspiam Magistelli scelerati aut militis, aut turpis Apostatæ quæ sectas tam dissectas, tantam impuritatem vitæ, tantam ignorantiam, tantam malorum colluuiem intra tua mœnia conuexerunt. Quid agimus auditores; quod consilij capimus? quos tandem sequimur? prostituimus aures hominibus (attendite quid dicam) tam indoctis, tam improbis, tam paucis, tam inter sese dimicantibus? An credimus auitis luminibus Ecclesiæ, morum innocentiæ cœtui fidelium, vnitati omnium? hoc faciemus, si sapimus; & eam in terris Hierarchiam venerabimur, ex qua Cœlestis Hierarchia (vel aduersarijs testibus) augetur. In qua cùm D. VVenceslaus, cui nostrum officium qualecunque detulimus, tam excellenti gloria perfruatur, confidere debemus, tum ipsum qui huic loco gentique præsidet, labes & pestes Bohemiæ suæ profligaturum aliquando; & sanctæ fidei, quam

quam periculo capitis vindicauit, quam effuso sanguine obsignauit, benignè prospecturum. Certè vel propitio Deo, Cœlitibus iuuantibus, ista respublica redibit ad vnitatem Ecclesiæ Romanæ; vel irato Deo, triumphante Sathana in tetras, & spissas nouarum sectarum tenebras immergetur & peribit. Nulla vnquam Hæresis in vno genere potuit erroris consistere diuturna. Sed ominemur & speremus huic florentissimo regno melioria, cui præsertim indigena, pater, princeps, virgo, Martyr patrocinatur VVenceslaus, qui & apud illum potens est, qui potest omnia, & illi præsens est qui vult omnia, multoque nunc ardentius, quàm cum in viuis esset, causam religionis & hominum salutem complectitur.

ORATIO III. H. D. M. EDMVNDI CAMPIANI, AD Iuuenes.

De iuuene Academico.

QVod intelligo, mearum esse partium; Auditores, vt hoc tempore dicturus, in hoc cœtu tractarem ea, quibus hæc iuuentus florentissima, & mihi sanè clarissima Iuuentus, incitetur ad omnia virtutis literarumque studia persequenda; illud nulla ratione fœlicius efficere posse videor, quàm si quoddam exemplar & quasi speculum iuuenis excellentis (quem tamen nunquam viderim, nec fortasse videro) cuius vitam & doctrinam animo tantum & cogitatione dimetior, omnibus nobis contemplandum & inspiciendum proposuero. Nam cùm multum valet ad proue-

hendam

hendam induſtriam alienæ laudit æmulatio, tum
ingenuas mentes ſalutariter informandas plurim
ponderis & commoditatis habet idea luculenta, illi
nimirum effigies quædam & comprehenſio bo
quod in vnoquoque genere perfectiſsimum. H
meum conſilium, ſi cui nouum & inſolens appare
tuebitur me Platonis, Xenophontis, & Ciceronis
thoritas, quorum ille Remp. ille Principem, ille O
torem huiuſce formæ effinxerunt. A me vero ſi p
pterea cenſebitur non oportere hoc fieri, quia
primis arduum & odioſum eſt, ad vnius concep
aliorum ſenſus exigere, eſſet certè aliquid, quod
ſetur, ſi tabellam, quam inſtitu, non ex aliorum
tius grauiſsimorum virorum indicio, quorum me
loquijs intereſſe contigit, quàm ex meo præſcripto
lineandam cogitarem. Neque illud quidem me
ne ipſe rudis non debuerim hanc laudationem
tingere, & alijs imaginem commendare, quàm
me ipſo non expreſſerim, cum ſciam in officina
tuaria non ſolum artifici perito, ſed etiam medi
ſigna rigida minùs placere, quàm venuſta, facile
diſcerni etiam ab ignauis & ignaris quæ corp
quàm fœliciter ac ingeniosè dotata fuerint. Q
quantum obſeruare mihi multis iam annis, multi
locis, ex multis ingenijs, quantum haurire licuit
multorum ſermonibus, conabor quaſi penicillo q
dam adumbrare vobis Academicum iuuenem: & q
dotes in ſingulis conſpexi, memorabiles, eas, vnde
que potero, mutuabor, ab vno capitis, ab alio corp
ris habitudinem; à vobis quoque certos articulos
ſumam: quibus omnibus, cum hunc videbitis ex
natum, eum ſanè libenter imitandum ſuſcipite,
qui non vultis eſſe poſtremi, ſemper ad ſumma co
tendite; ſic enim fiet, vt ſi prima non tenebitis, tame
paulò pòſt prima conſiſtatis, tanquam noſter Acad
micus, cuius vitam ad annum ætatis 23. (quo ineunte

Multum valet alienæ laudis æmulatio, & luculenta Idæa.

Theolo

Theologiæ studium est ingressus) hac oratione deducam.

Academicus Iuuenis qualis, eiusque mores bõni.

Patria quidem Cosmopolites fuit, fortuna opulenta, benignè ac liberaliter educatus, persona tali, vt factus ad honestatem & decus videretur, firma valetudine, robustis lateribus, ingenio subtili, feruido, luminoso: memoria fœliciſsima, voce flexili, dulci & sonora, incessu, motu, & actione tota, tam viuidus, tam compositus, tam maturus, vt aptum sapientiæ domicilium credidisses: is, quam primum potuit sapere, fidem insuxit Catholicam, cum elementis puerilibus, non à quouis ex plebe Magisterculorum, sed à perito & docto viro didicit, cuius ad figuram & normam, cùm palatum, ós, labra, denique vultum vniuersum conformasset, pronunciauit suauiter & distinctè, minimoq; cum negotio venustatem oratoriam factus adultior est consequutus: paucorum deinceps annorum curriculo tum & in Gymnasio publico Magistris scientisſimis vteretur, & domi optimo præceptore difficultates omnes Grammatices & hæc rudimenta scholastica præteruectus, multorum in se oculos admiratione conuerterat; latina callere, versus effundere, Græca nõ nescire materna lingua disertus & affluens (in qua etiam Rhythmos & Epigrammata faciebat) norat pingere, pulsare fidibus, & ex arte canere, celeriter & scitè characteres exarare, tenebat Arithmeticam, loquebatur expeditisſimè, stylum frequenter exercebat. Quibus initijs tam fortiter & continenter institit, vt ephebus iam ad philosophiam & reliquas artes ascẽderet, cum illustre specimen futuræ dedisset eloquentiæ, pluraque Ciceronis opera deuorasset, græca literatura mediocris, poëta mirificus, vt nemini dubium foret, quin afflatu quodam ad poëma pangendum, quasi diuinitus tangeretur, sic Iambicum vibrabat, sic exultabat Lyrico. Has dotes magis conspicuas & amabiles reddebat natura simplex, aperta, tractabilis, & *Natura simplex.*

veriſ-

verissima pietatis Indoles, quæ semina cum per gratiam Dei maiorumque solicitudinem adolescent, flosculum quendam puritatis & innocentiæ generarunt, ex quo virtutum omnium solidissimi fructus procreantur. Quorsum enim attinet animam excolere scientia, nisi fontem scientiæ recognoscat? ad quem finem studetur, nisi finis ille præfigatur? Quæ stultitia ingenium vestire, vt ministret diabolo? quæ vanitas cupletare mentem, vt diues & dotata præcipitetur in inferos? quæ fœditas carmen occinere, quo Sathan oblectetur? quæ perfidia armari eloquentia, vt pro terrimo carnifice contra suum Dominum præliet? Erat igitur in hoc puerulo pietas, & probitas singularis, semper habebat in ore S. Ludouicum Regem Galliæ, qui puer inter delicias & illecebras voluptatum, in summa peccandi impunitate atque licentia, decretum sibi fixisse legitur, ne vlla caussa vel pretexta, vel si Cœlum quidem ac terra ruinam minarentur, vllum in sese mortiferum peccatum admitteret, Idem hoc noster curauit Academitus, & se totum in hanc sedulitatem dedit, vt cogitationes tales in Thesauro cordis reconderet, ex quibus verba & actus salubria emanarent.

Studiorũ non debet esse malus finis.

Luculenta idea morigeri Academici.

Horarias preces B. Virgini & quidem memoriter quotidie recitabat, diem sine sole diceret abiturum, quo sacrum non audisset: orabat supplex in vtroque genu, nunquam inclinans cubitum, cupidissime sacrificanti seruiebat: aliquoties in mense confitebatur, frequens, exquisitissima semper diligentia repurgatus, ad diuinissimum illud Sacramentum accedebat. Patri spirituali credebat omnia confidenter, eique non tantum sub sigillo, sed etiam in secreto colloquio totam prorsus animam volebat expandere. Inde factum est, vt stultam verecundiam penitus debellaret & gustum hauriet suauissimum pœnitentiæ, & præsentissima pharmaca contra dæmonum reportaret insidias.

insidias. Neminem in vita Catholicum præterijt Sacerdotem, quantumuis humilem, & despectum, quin ei caput aperiret, tantoque cauebat accuratius ne in hoc genere laberetur, quanto magis aduerterat huiuscemodi obsequia viluisse, imaginem crucifixi quibuscunque in compitis viarum plateis, locisque spectabilibus honorificè salutabat, derisus ab hæreticis in lucro ponebat suo, sic enim esse consentaneum vt Crucifixi discipulus cum suo Domino pateretur contumeliam. Dabat pauperibus cum multa sæpè, tùm ex ijs non rarò quæ sibimetipsi per abstinentiam subduxerat, frangebat se, vt eorum sordes & vlcera sine fastidio cerneret & contrectaret; si quis erat in schola contemptior, cuius tamen virtus enituit, ei consortium & solatium præbebat, sodalibus gratificari modis omnibus, conditionem curare, lectiunculam describere, calamos adaptare, vocare ad classem, inuisere decumbentes, fraternè colloqui: in sermone quietus & placidus, in ludendo remissus & alacer, in studendo collectus & serius, comis & mansuetus erga omnes, maiorum natu obseruantissimus: ô sementem, ô herbam, ô florem, si quidem poteris matureſcere, quàm lætam ex te segetem polliceris? quantum exemplo, quantum voce, quantum tibi, quantum tuis, quantum Reipub. quantum Ecclesiæ proderis? Ille vero maturauit, Auditores, & non, sicut isti faciunt ignobiles pueri, tantisper se continuit, dum per ætatem frenatur; relaxatus non deferbuit, & tot res, tot spes, tot suos, aliorumque labores nequissimè profudit, sed cùm hactenus vicisset omnes, reliqua ætate seipsum superauit. Ergo septennio toto, quod ei supererat ad initium vsque studij Theologici multa præstitit, & præclara & fructuosa, & ad illud vitæ genus quod meditabatur, valde necessaria. Cursum philosophicum suo confecit tempore, eloquentiam latinam pertexuit, græca laudabiliter adiunxit, historias primum sutæ nationis, deinde Romanas

Sacerdoti quantumuis despecto aperiendum caput.

Quibus scientijs Academico iam maturo operam dandam.

manas, tertio Græcas, postremo omnium gentium e
pilauit: illam philosophiæ partem quæ ad mores
Remp. spectat ex Aristotele potissimum & Plato
perdidicit; Mathematica peruolauit: denique nih
erat artium liberalium, quod non quantum satis
beretur inbiberit. Miror ipse, cum rem confido
tantam ei varietatem nihil obfuisse, nullam con
sionem, nullam diffidentiam, nihil creasse peric
Erat enim in multiplici carmine tam fœcundu
elegans, ac si ad ipsam Heliconis ripam natus &
tritus fuisset; in dictione & stylo tam purus, tam co
ptus, tam religiosus, vt Ciceronem penitus decor
& in sanguinem succumque vertisse videretur suu
in disputando tam pressus, concisus & subactus,
ipsum posset Chrysippum configere: in natura
losophia tam acutus & penetrans, vt oraculum Pl
cum diceretur: in historia tam locuples, vt antiqu
tis helluo; in reliquis tam intelligens & expedit
solus haberetur, qui omnes omnium pyxides e
rasset. Si tamen est reddenda non in promptu
causæ quæ illum tam breui tempore tantum ad
gium scientiæ prouexerunt: natura non præcox
exuberans & plena; Magistri scientissimi, biblio
theca instructissima, exercitatio assidua, in disc
do labor, in labore methodus, in methodo co
stantia.

Non ille se promiscuis ingurgitauit auth
non librorum cadaueribus oppleuit; non intemp
stiuis vigilijs hebetauit, septem plus minus ho
dormitauit, diem industriæ, noctem quieti dedica
Pexus, lotus, accinctus, frugaliter honesteque ve
tus, studebat stans in ædicula solitaria. Nihil eo in
uentius in pietate, nihil in omni vita moderatius, n
hil in prosperitate mitius, in tempestate sedatius
in grauitate facilius, in negotio præsentius, in relax
tione iucundius: magnopere cauebat, ne quid in sui
mor

fioribus absonum & singulare, aut in alterutram partem notabile cerneretur, sensérat enim nonnullos, quocunque se proriperent, quasi digitis indicari, & meritis æqualium iactari sermonibus; quales sunt: En ille qui portat gladiolum, ille stoicus, ille calamistratus; ille cuius pileolus semper ad lævam militat, ille qui hominem iugulat aspectu, ille qui verba præcipitat, ille qui insufflat syllabas, sicut pauperes exorbent iusculum; præcipuè tum ea vitabat, si qua cum leuiusculis peccatis vel coniuncta, vel magno vanitatis periculo videbantur implicita. Parum enim esse dicebat, si iuuenis literatus mortiferis tantum criminibus abstineret, libidine, saltationibus, ebrietate, blasphemijs, odio, furto, periurijs, quibus delibuti, non modò studiosorum hominũ, sed ne hominum quidem vocabulo digni existimantur. Quid (inquit) aliud faceret studiosius, cui Deus tantam commoditatem largitus est animæ curandæ, cui tot impedimenta sustulit, quibus irretitur vulgus, quàm vt paruulos Babylonicos ad petram allideret, neque principes tantum & satellites tenebrarum, sed etiam latrunculos istos, qui per foramina sensuum irrepunt, & aditum hosti præparant, in ipso vestibulo mactaret? Itaque noster Academicus, euasit quotidiè semetipso robustior, iam neque clamosius contendere, neque curiosius aspicere, neque impatientius mouere, nihil negligenter, inaniter, dissolutè, præpropere, importunè loqui aut furere, stultitiam damnare suam, si labeculas animæ tardius eluissent, quas tanto facilius, quantò citiùs ad Ecclesiæ tribunal deponere potuissent.

Iuueni literato parum sit abstinere mortiferis criminibus.

Nullam illi studijs horulam perijsse, quam rebus diuinis impertisset, nec suffurari quicquam temporis ab officio sacro, quod in negotium transfunderet literarium: statis ergo dierum & festorum, & communium precibus, ritibus, concionibus, supplica-

Sacra officia Academico cõueniunt volenti

effrænes animi impetus vincere.

tionibus, sacrificijs, cantiunculis, primus semper & p
stremus interfuit: sæpe ad publica Xenodochia cur
re, linteo se præcingere pauperibus & dare prandi
& ministrare, medicum accersere, astare, leuare, ter
re, plenus humanitatis, plenus diligentiæ. Quæ c
exerceret, huiusque putredinem & fœtorem corp
culi ob oculos tam sæpè poneret, facilè domuit lu
riam, contempsit delitias, restrinxit incendia, & h
speciosa dæmonum pabula, quibus inescantur Iu
culi, mirabiliter est execratus.

Quo remedio euincatur iracundia.

In tanta sanctimonia mentis & corporis, in t
stricta & sollicita conscientia, declinabat superst
nes, mentis scrupulos, hypocrisim, proteruiam; tr
tiam, & ista supercilia censoria quæ bonis ope
etiam aliquando insideantur. Nihil eo sincerius, n
humanius, nihil ad loca, personas & honestas con
tudines accommodatius. Nec deerant in familiar
loquio, dicta quædam ipsius, & responsa lepida,
quam affectatio, semper ingeniosa, plerumque g
& sententiosa. Interrogatus de remedijs iracu
Speculum, respondit, vt quis dum stomachatur
rit, oris sui deformitatem, labia trementia, truc
tos oculos, corrugatas nares & inflammatam fac
contempletur. Quid esset homini molestissim
Quisque sibi. Cur tam lente progrederetur in stu
Vt celerius (inquit) absoluam. Quid primo disce
bus optandum? Viua vox: quid secundo? metho
quid tertio? methodus, quid quarto? methodus: q
quinto? exercitatio. Quæ bestiolæ morderent m
cius? respondit, Obtrectantes. Quanquam ille sa
quis alius, cùm esset in hoc theatro virtutum & o
nium bonarum artium expositus liuori maximè,
tamen sibi temperauit tanta simplicitate atque p
dentia cessit æmulantibus, vt & inuidia loquens
tacente vinceretur, vt victa denique iuuenis bon
& suauitate propemodum conticesceret. Nam & s
seu

Obtrectantes, bestiolæ atrociter mordentes.

ſeuerè & aliena placidè iudicabat, & qualiacunq; vel audiret vel legeret, ex bona mente profecta ſemper inueniebat, quæ iure laudaret; ſi diſplicuit ſtylus placebat inuentio; ſi deerat ingenium, prædicabat induſtriam: ſi vox inuenuſtior, efferebat memoriam: denique obſeruabat omnia laudabilia, quæ commemoraret, diſsimulabat contraria, Nunquam ei tale verbum exciderat ex ore, Hic ineptus, iſte ſtupidus, ille barbarus, ibi hæſerat, ibi riſiſsimus, nihil ſciuit. Quæ tamen opus eſſent, ea tempore & loco monebat vtiliter & mouebat eos, quorum intererat, vt & benignitas vacaret adulatione, & veritas amaritudine. Ecce nobis, Auditores, elegantem Iuuenem non pigmentis illitum, non odorifera ſpirantem, non apparatu magnifico venuſtum ac delicatulum, ſed varijs & perpetuis ingenij, doctrinæ, pietatis dotibus ſic nobilitatum, vt non dubitem eum hîc in medio veſtrum, quaſi præſentem collocare, in quem obtutus & lumina veſtra defigatis, cuius præſtantiam conſectemini.

Videte nunc illum à prima pueritia, vſque ad hunc diem in virtutibus & literis progredientem; Poëtam, qui amatoria nunquam cecinerat, nunquam legerat in cæteris quæ conducibilia fuerunt maieſtatem Virgilij feſtiuitatem Ouidij, Horatij numeros, Senecæ Cothurnos expreſſerat: Oratorem qui pro re & cauſſa ornatiſsimè poterat auditores ſermonis dulcedine titillare, vel diſploſis affectibus percellere, vel amplitudine rerum obſtupefacere, vel ſubtilitate conſtringere. Hiſtoricum qui Geographiam & Chronologiam Hiſtoriæ duos ocuſos exactiſsimè tenens, faciem totius orbis terræ, ab origine mundi, & omnium Monarchiarum, rerumque publicarum initia, progreſſus, viciſſitudinem, tanquam vno intuitu comprehenderat. Græcè doctum, qui ſuauius & ſecurius veterem illam ſapientiam & fontes Atticos epotauerat. Dialecticum, qui pulcherrima & argutiſsima ſenſa, quaſi

Academicus ad omnes numeros perfectus

digitis articulatim ponderans, & sua distinguere, & aliena librare, & omnia quæ tractabantur, illumina re consueuerat. Philosophum, qui totius naturæ ve intimas & viscera penetrauerat. Mathematicum, a cœlum ac terra tanquam libellus patuerat. Ingen valentissimum, sermone vernaculo copiosum, v ce gestuque peregregium, corpore solido & succ lento; cæteris quas antea perstrinxeram dotibus fluentem, denique quod caput est fide, matutitate, m destia, & omni charitatis officio constantissimu Ecquid ei restat, Auditores, adhuc paululum? & finem facio.

Academicus Theologiam vt sui Scopũ cale.t.

Nam cum à teneris, vt Græci loquuntur? vnguic lis, quindecim totos annos in huiuscemodi litter linguis, artibus & omni liberali ddctrina posuit memor Theologiæ, in qua reliquam vitam consum re decreuerat, Annum ætatis vigesimum secund qui hæc priora studia terminauit Hebraicæ ling dedit.

In toto verò superiori curriculo festos dies, & cisiua quædam tempora sacræ lectioni condixerat, sibi ad hæc futura studia viam benè munitam aper rat. Sic enim Conciones & Catecheses attendera sic priuatum cum Theologis contulerat, sic rece tia Catholicorum scripta in quibus præsertim co troversia dogmata, stylo dilucido ac puro declara tur, versauerat, tanta sedulitate propugnacula religio nis conquisierat, Hæresum fomenta discusserat, v nullum esset aduersarij venenatum telum, quod non quomodocunque iaceretur, facilè, scienter, in telligenter depelleret. Solebat dicere veteres illos hæreticos Arrium, Eutychen, Pelagium, Nestorium, & quosdam alios superba subtilitate & scientia fre tos, non nisi à peritis Theologis commodè refutari potuisse. At horum temporum Paradoxa, tam esse lu culenta tam aperta sacrilegia, vt parum exagitata statim

ſtatim concidant, & ſine magnis vel ingenij, vel ſcientiæ viribus eneruentur. Habetis, Academici Iuuenes, Academicum quem amare, colere, ſuſpicere, imitari poſsitis, veſtitum bonis omnibus, omnium in ore volitantem, virtutibus & multiplici cognitione diuitem, linguis & virtutibus florentem, herbeſcentem Theologum. Iam videor mihi tacitas aliquorum cogitationes perſentiſcere, quæ hanc Ideam planè deſperabilem eſſe conijciant, vtpote quam nemo qui eſt aut qui futurus eſt mortalium conſequeretur. Ego verò cum in hoc vno, non tam mediocritatem hominum, quam rei dignitatem exprimere ſtuduiſſem, conſiderare debui, non quantum fiat laudabiliter à multis, ſed quantum fieri poſsit excellenter ab eo cuius ingenium vitæque commoditas ab hac ratione non diſſentiat. Neque tamen continuò nullus erit, aut non inſignis & egregius Academimicus, qui hunc apicem gloriæ non attigerit: ſunt honorata ſubſellia ſi negantur faſces, & ſella curulis principum. Eſt corona ciuica, ſi pleniſsimus triumphus non conceditur. Celebrantur ex bello Troiano, Diomedes & Pyrrhus, Aiax, Vlyſſes, AEnæas & Antenor, Deiphobus & Sarpedon, Alexander & Troilus alijque permulti in eodem exercitu, quorum nemo tum aut Achillem, aut Hectorem exæquauit. Itaque magnis animis & magna ſpe, in hanc literiam palæſtrem incumbite, vt ad figuram laudatiſſimi Iuuenis, tam propè accedatis, quam res & tempora noſtra patientur. Audite Patrem cœleſtem ſua talenta repetentem cum fœnore, audite matrem Eccleſiam, quæ nos genuit, quæ nos aluit, implorantem auxilia, audite flebiles proximorum voces, ſpiritalis inediæ periculum deprecantes, audite luporum ſtrepitus, qui depeculantur gregem, agitur Patris gloria, Matris incolumitas, veſtra ſalus, fratrum ſecuritas, & poteſtis negligere? ſi conflagraret hoc tectum

inſpectantibus vobis, eſſet ne perditus ille puer qui n
ſummo diſcrimine capitis omnium ſociorum, intere
cantillaret vel cachinnos tolleret ; vel micaret digit
vel vt ille dicit, equitaret in arundine longa? Ecce d
mus Dei ſceleſtorum ſcelere in flammas & vaſtitat
vocata eſt, innumerabiles animæ decipiuntur, co
quaſſantur, abſumuntur ; quarum vna quælibet plu
erat facienda, quàm totius orbis imperium. Has tr
gœdias nolite quæſo ioculariter inſpicere, nolite do
mire, dum hoſtis excubat, nolite ludere, dum ille pa
tur, nolite ocio & vanitate diffluere, dum ille in fr
trum veſtrorum ſanguine cruentatur, non opes, no
libertas, non dignitas, ſed cuiusque patrimoni
æternum, iugulum animæ, Spiritus & vita patri
Quare videte chariſsimi atque eruditiſsimi Iuuen
nullam vt huius pretioſi temporis iacturam patia
ni, vt ex hoc ſeminario meſſem fœcundam & vbe
comportetis, quæ & publicis difficultatibus ſu
currat, & vobis bonorum filiorum præ-
mia pariat.

EDMVN

EDMVNDI CAMPIANI MARTYRIS SOCIETATIS IESV

Oratio IV.

IN FVNERE ILLVSTRISSIMAE Dominæ Mariæ Cardonæ Pragæ habita. Anno 1577.

SOlum hoc fragmentum extabat, quod ob reuerentiam tanti viri nolumus perire.

. . . . . .

laudes adijcere posse videatur ? Quare vt nouissima, cum primis connectam (auditores) quoniam nihil est hoc insoliti, nihil immaturi funeris, cum anus grandæuæ naturæ satisfecerit: quid supereſt, nisi vt eam ijsdem cursibus inflammatisque studijs ad æthera subsequamini ? in illo æterno domicilio nostri ciues, nostri fratres, nostri parentes, nostri maiores degunt. Hic in hospitio sumus, vnde singulis momentis aliqui iubemur exire, & nouis hospitibus loco cedere. Illam patriam, illam ciuitatem inquiramus, in qua sine vlla vicissitudine membris nostri corporis, quæ nunc desi-

deramus & ipso corporis immortalis capite lã
Christo seruatori nostro perfruemur. Dixi.

ORATIO V. MAGISTRI EDMVNDI Campiani habita Oxonij in Comitijs Magistrorum coram regina Angliæ Elizabetha, in naturali Philosophia respondentis. Anno 1566.

IN grauissimis atque implificatissimis controu
fijs, quarum mihi vni propugnationem beneuo
istorum consensus detulit (Augustissima Princip
etsi conspectura es hominem adolescentem inu
Marte cum bellicosis militibus singulari certam
dimicantem: tamen hortante Philosophia pró the
situdine quæ tibi cum ea, literatæ Principi c
principe literarum est, impetrare debet, vt se quop
sicuti cæteras florentissimarum artium disciplina
dignam putes, quam præsentia, patientia, attentio
cohonestes & exornes & illustres. Non enim v
rear, ne non iucunda atque optabilis isthæc fut
ra concertatio sit; præsertim cum illis de rebus is a
ditura, quibus maiores tui, diuini sanè homines mir
sicè delactati sunt. Illis de rebus, quarum suaui
generosa indoles auidissimè capi, teneri, expleri
let. Illis de rebus, quibus & Henricus auus tuus, &
Henricus pater tuus operam ac oleum tribuit. Ill
de rebus, in quibus nihil est humile, angustum, a
depressum. Tantum quantumcunque est (quod cer
tè maximum est) totum est elegans, subtile, magnific
regale, perfectum ingenio, elaboratum industria.

Fel

Fœlices animæ quibus hæc cognoſcere primum
Inq; domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter vitiiſq; iociſq;
Altius humanis exeruiſſe caput.

Quare quod nos præſentes præſens inuiſere; quod audire diſputantes, quòd aſſidere nobiſcum auida bonarum literarum voluiſti (florentiſsima Princeps) cum hominibus in hac mediocritate fortunæ conſtitutis, nihil tu quidem alienum facis, nec auitis laudibus, nec noſtra ſpe, nec opinione omnium, nec priſtina facilitate tua. Quin etiam tibi (magnifice Cancellarie, Comes Leceſtriæ illuſtriſsime) præter cætera tua diuina atque immortalia in Academiam noſtram merita quantum hoc nomine debeamus, nec diffiteri ſi velim poſsim, nec diſsimulare ſi poſsim debeam. Tu illam non nolentem excitaſti, tu illam volentem concitaſti, tu illam currentem incitaſti. O ſerua tu qui potes hæc nobis bona, hunc obſecro vt ſeruet maieſtatem tuam; honorem tuum: Te parentem; te tutorem. Te quæ ſic facis; te qui ſic mones: Te quæ hæc ſeruas; te qui hæc curas: Te quæ nos ornas; te qui nos amat. Te qui nos ſecuros; te quæ nos beatos facis. His de rebus tam multis & tam magnis non modò gratias agere & habere tantas,, quantas capere animo atque metiri poſſumus, ſed etiam grati eſſe vehementer, ſi poſſumus, volumus Aurum, veſtem, delicias, pictas tabulas, magnificos apparatus, quia noſtra non ſunt, ſed fortunæ: non poſsidemus: quæ poſsidemus, intra nos ſunt, intra nos ſunt, quæ dono damus, damus autem de his quæ penitus incluſa, de venis, & viſceribus philoſophiæ: hæc duo quæ recitata ſunt doctrinæ capita diſcutienda, in quibus quo facilius videre poſsiris, qui ſit meus ſenſus, & ſtatus, pauca præmittam, eaque paucis, tanquam cæmenta

quædam

quædam totius ædificij & semina defensionis mæ
Primum sic statuo, & sic animum induxi meum, æ
tationem illam reciprocam patentis Oceani tam ste
pendam atque admirabilem quem fluxum maris a
que refluxum vocant, lunæ tanquam efficienti prim
riæque causæ rectè à philosophis ascriptam
se. Quî hoc constare potest? rogas; Quære ab Astro
gis. Quid illi? Luna (inquiunt) humidis dominatur
regnat, ibi triumphat, illa se iactat in aula. Quî scis
quidem vltima cœlo, citima terris, lumine lucens al
no, tantam ac talem vim, commoditate loci, qualita
sui, differentia luminis, optimo iure sortita est. Audi
etiamnè amplius? Medicos audi. Omnia (inquiun
plenilunia, nouilunia, interlunia, quartimas, sep
mas, aspectus omnes diligenter accurateque obser
mus, quod Luna crescente ac vigente, corporum h
mores soluti fluunt & exundant: ea deficiente c
crescunt denuò. Quid tum? Physicos audi. Aqua m
na mixta vaporibus insigniter crassa, arctiorem i
cum tantisper conglobata est, quoad in hemisphæri
maritimæ regionis luna conscenderit, ac illam cir
tiem fregerit, concretiora dissipauerit, densiora
coxerit. Ex his omnibus hæc summa nascitur: accede
te luna propius mare solutis & liquefactis vaporibus
quibus vndique refertum atque commistum est (nos
secus quàm aqua in olla ad ignem posita) prorum
ebullire & exæstuare: eo fieri vt statis temporibus
aqua rariori mirabiliter auctum diffluat, ac dein par
latim deferuescentibus Lunæ radijs, se colligat, atq
redeat, & in suum alueum subsidat. Id quod nostri
refluxum maris ad recessionem vocant. Dixi de pri
ma. Audite alteram. Hæc inferiora corpuscula, ab illa
cœlestium vi, lumine, motione Syderum, orbium, pla
netarum, afficiuntur & gubernantur. Animaduerte
rent sanè excellentes viri, & alta quadam mente præ
diti certis quibusdam circumscriptis naturæ cancellis
teneri

teneri omnia, moueri omnia, nihil à se, ab agente omnia, caduca ab æternis, infera à superis, incerta à certis, secunda à primis pendere. Infinitatem causarum ac motionum communi iam omnium sensu exterminatam è scholis; & explosam extitisse. Esse aliquid primum, vltimum, summum, vniuersale, sempiternum, eius in arbitrio ac nutu, tanquam in gremio parentis, hærere cætera oportere. Hæc agendi vis in cœlum cadit. Cœlum agit, hæc aguntur: Cœlum primum est, hæc vltima, Cœsum summum est; hæc infera: Cœlum æternum est; hæc caduca: vt vno verbo multa complectar: cœlum regnat; hæc reguntur. Sed iu hac tanta controuersia quando tempus volat, & me vocat, quæ cautiones obseruandæque difficultates explicandæ sunt, eas in ipso congressu facilius & minori cum molestia, si opus fuerit, expediemus. In eo si quid futurum est, quod Celsitudini tuæ, vobisque lectissimi atque ornatissimi viri, aut vsui aut voluptati esse possit, peto & quæso à vobis, animo vt adsitis, qui corporibus adestis, & istos fortissimos adolescentes, qui contra me prælium inituri sunt, æquiter deinceps & patienter audiatis. Dixi.

EDMVNDVS CAMPIANVS
RICARDO STANIHVRSTO.
S. D. P.

COmmentarios in Porphyrium tuos, singulari iudicio diligentiaque laboratos, legi sanè cupidissimè, mirificeque lætatus sum, esse adolescentem in Academia nostra, tali familia, eruditione, probitate, cuius extrema pueritia cum multis laudabili maturitate viris certare possit. Macte verò, Stanihurste, ista sedulitate & industria, abde te in literas, cursum

sum confice; corruptelarum illecebras execrare, ingé-
nij neruos intendito, da te patriæ, meritissima virtu-
tis præmia consectare. Tu, qui hac ætate, tot Philo-
sophorum Dialecticorumque pyxides expilaris, om-
nem libidinem, petulantiam, socordiam fregeris, in
pulcherrimo difficillimoque conatu tam obstina-
perstiteris, quantas mihi videbere tum, cùm vtra-
que Philosophiam, post aliquot, annos profitebe-
cum Latinas & Græcas literas affluenter imbibe-
cum omnes bonas artes exhauseris, cum ingenia-
iudicio, iudicium sapientiæ, sapientiam annorum a-
cessione corroboraris. Videor mihi videre diem il-
lum, quo te omnium in ore sermonibusque volita-
tem præclara tua laus editissimo loco, tanquam i
Theatro virtutis reponet, pergas modò constanter
cere quod facis, nec à teipso degeneres, aut excellen-
istam mentis aciem turpiter hebescere patiaris. Qu
ne fiat, non quasi addubitem, sed quia talium ex
mationi, qualis tu es, valde velle atque optare de
magnopere hortor: Simulque operis editionem
matures quò Respublica literaria celerius iuuetur. I
certè habebis & tuarum cupiditate laudum, quarum
adhuc quidem spem expectationemque sustines, m
rabiliter incensum, & earum, quibus te hoc tempore
stipatum video, buccinatorem. Vale, ex ædibus D.
Ioannis præcursoris. Calendis Decembtis. 1570.

Idem ad eundem.

Siue laboratam video, Stanihurste, Catenam,
Siue Catenati grande laboris opus,
Felices artes tanto dicentur alumno,
Tuque potens tanto munere diues eris.

EDMVN-

EDMVNDVS CAMPIANVS IACOBO STANIHVRSTO. S.P.D.

MAgnum capio fructum (vir ornatissime) & amoris & iudicij tui; amoris, quod hoc tali in tempore tam tibi curæ sum, quàm si de capite tuo (sicuti Mineruam ferunt ex Ioue) natus essem: iudicij vero, quod me propemodum eiectum domo focisque patrijs non solum hospitio, sed etiam complexu tuo dignum reputaueris. Nam cum hærere in gratia cuiusuis per se multum valet, tum ab eo vno diligi, quem doctrinæ, sapientiæ, pietatis nomine omnes boni diligunt, id mihi iure lætandum, planeque palmarium statuo. Itaque beneuolos istos imperitæ plebeculæ rumusculos tanti facio, quanti fumulos veræ gloriæ, Probari autem & curari me abs te probatissimo atque optimo viro, sic mihi censeo triumphandum, vt Hector ille Næuianus ab excellenti principe, aut à Catone laudatus Cicero. Ne me putes hæc auribus tuis dare. Nihil seleo minus, Sed hæc cum recolligo, illum intueor; qui te in istam mentem dedit; tibi gratulor, qui hæc vestigia consectere; mihi gaudeo, qui peregrè profectus, in tuam amicitiam, vel potius clientulam inciderim. Cuius enim liberalitatis & insitæ bonitatis fuit, me ignotum & exterum in tuis ædibus tot menses lautissimè tenuisse, valetudini meæ non secus ac tuo filio Ricardo (quem habes meritò charissimum) prouidisse, omnibus locorum, temporum, & hominum (vsus quando venerat) amœnitatibus expleuisse, bibliothecam de tuo suppeditasse, studio & otio meo tam insigniter cauisse, vt extra muum Oxonij domicilium, ne viuam, si me

vnquam

vnquam ſuauius in muſas abdidi. Hæc iam tanta ſunt tamque accumulata, nihil vt accedere poſſe videretur. Acceſsit tamen. Quid? ſimul ac leuiſsimam tempestatis auram ſciui perſentiſcere, quæ flaret immanius, Dublinij diutius hæreticorum in oculis reſtitiſſem, hoc mihi perfugium apud intimos tuos in ſecreſ ruſculo patere voluiſti. De eo ſic tibi gratias ago, qui hactenus tot commoditatum mearum ratione tibi debuerim, nunc vero etiam ſalutem & ſpiritu acceptum feram. Spiritum rectè dico. Nam qui cu Tyrannis conflictantur eiuſmodi, ij plerumque horribiles detruſi cameras, fœdiſsimos vapores hau riunt, atque reſpirare ſalubriter non ſinuntur. Nu autem tuo beneficio & tuorum viuam (ſi Chriſtus a nuet) ab iſta periclitatione ſolutior, & ſanè (quanq auguror) ad meum ſenſum perbeatè. Primùm Bart uallus veſter, ornatiſsimus vir, omnia prolixè proſ tit. Literas tuas cum legiſſet, dolenter ferre tempo iniuriam, de aduentu verò meo ſic exilire gau quaſi qui beneficium à nobis accepiſſet. Con euocatus ad vrbem vxori me commendat ſuæ. Ea habuit perbenignè: fœmina certè religioſiſsima modeſtiſsima. Interiori cubiculo concluſus ſum op portuno loco. Ibi cum libris in gratiam redij. His co mitibus, tanquam in cellula, deliteſco. Quod ſuper eſt, te rogo, vt quem tot tuis meritis emiſti, eum tuo ti bi iure totum poſsideas & vindices. Ego ſim plan perditus, & inhumanus, ſi egregiam tuam mihi tan perſpectam in me pietatem & fidem ex animo deiec ceps effluere aut elabi patiar. Vale. Turuio 13. Cal. April. 1571. Ad Ricardum ipſe do literas. Cæteru multam ex me ſalutem. Gualtero nominatim & Anna coniugi, quæ ſi (quod ſpero) conualuit, ſaluus adole cens eſt, dignus quidem te parente. Itidem Margarea filiæ, Barnabæ, item Patritio, cui quàm ſum obſtrictu pòſt audio quàm illum videre contigit, Hermanno &

Decano

Decano bonis senibus, Riano nepoti de sorore; tuo. Cum nos inuises proxime da (obsecro) negotium famulis, vt vnà D. Bernardum aduehant. Iterum atque iterum vale.

EDMVNDVS CAMPIANVS
RICARDO STANIHVRSTO.
S.P.D.

DE tuis innumerabilibus in me officijs nullum (Stanihurste) nec finem nec modum facio cogitandi. Illud acerbum est, quòd quam habere gratiam & possum, & volo, eam referre volens non possum. Alterum persoluit animus, alterum facultas negat. Sed remunerandi vices nec ingenium tuum, nec tua fortuna desiderat. Quare mea me voluntatis & mentis conscientia sustentat, eam tibi trado ac dedico. Cætera reuixero. Interim si quid istæ veteris Campiani sepultæ reliquiæ sapiunt, tibi sapiunt, tibi seruiunt. Valde te amo fratremque tuum Gualterum, de ista solicitudine, quam nuper sumpsistis, meâ gratiâ, singularem. Tu noctu vigilas, ille verò etiam auulsus ab vxore. Extra iocum vobis magnopere debeo. Argumenti præterea nihil quod scribam habeo nisi ridere vis, si est otium, & si libet. Dic. Taces. Igitur attende. Postridie quàm huc concessi accingor ad studia; irrupit in cubiculum de improuiso anus quædam paupercula, nescio quid concinnatura. Vbi me videt ad læuam, prorsus ignara cuius essem, spectrum credidit. Capillus miselæ obriguit, destituit color, ore stupet, soluuntur fauces. Quæro, quid veniisset; Ibi tum examinata

metu paululum abfuit, quin collaberetur. Ni
lum verbum proloqui, proripere se foras qu
tùm potest, non prius quiescere, quàm hieram
nuisset, esse qui scriberet in summo conclaui
cum, vmbram sibi videri. Hæc narrantur in
na. Mulierculam accersunt: fassa timorem est,
nes risu emori, ego in viuis compertus sum.

Vale. Turuio. 13. Calen. April.

1571.

EDMVNDI CAMPIANI SOCIETATIS IESV MARTYRIS IN ANGLIA, EPISTOLA ad *RICHARDVM CHENEVM Episcopum Glocestrensem.*

ORNATISSIMO VIRO RICHARDO CHENEO EPISCOPO GLOCESTRENSI Edmundus Campianus. S. P. D.

NOn me nunc, vt olim, iuuenilis impetus, nec styli facultatula, nec officiosa quædam scribendi sedulitas ad scribendum impulit. Olim vis animi, maior nunc necessitas extorsit hanc epistolam. Nimium iam diu seruitum est auribus, tempori, spebus, gloriæ: tandem aliquando saluti seruiat, & subministret oratio; per ego te naturæ bonitatem tuæ, per meas lachrymas, per ipsum Christi

confossum pectus, & patibuli confixi vulnera ob
ftor, diligenter attendito, nullum de te nec finem
modum facio cogitaudi, nec vnquam ferè cogite
me vehementer pudeat, & illud è Psalmo repetan
citeque precer: Ab alienis, Domine parce seruo
quid admisi? Scriptum est scilicet, videas furem &
rebas cum eo, & alibi. Laudatur peccator in desi
suis, & impius benedicitur: toties Gloceſtriæ tec
toties in secreto cubiculo, tot horas in penetra
tuis & intima bibliotheca fui; seclusis arbitris, ho
gotium agere potuissem, & non feci; quodque turp
est assentando & connitendo ad morbum facula
moui: & licet fucosa dignitatis imagine, opibus, a
literis anteibas, nec tibi à me curatio animæ, aut
tuale pabulum debebatur: tamen cum esses ea fac
te suauitateq; morum, vt me adolescentem sene
miliare colloquium frequenter exciperes, quidq
cendi securitatem & silentium præstaret, q
apud me tuas, certorum in te calumnias Hæret
deponeres paternè demum hortarere, vt via re
nus & erectus incederem, vt Ecclesiæ, concil
patrum vestigijs insisterem, his vt conspirantibu
là in re falsitatis labecula aspergi posse crederem
de mihi succenseo, qui pulcherrimam hanc ansam
ficandæ fidei, vel nefario pudore, vel scelerata neg
tia præterirem: qui paululum modo distantē à re
Dei non accenderem confidenter, sed aura fauor
gloriæ tuæ potius vmbratilem existimationem ho
ris mei, quam sempiteruum bonum promouere

Cæterum quia, tam quod erat, sublatum est, v
sentem præsens conarer inflectere: proximum e
absentem vox mea proficiscatur, testis obseruan
solicitudinis anxietatis meæ quam ille scit; ap
quem quotidiana pro salute tua voueo. Audi ob
cro, audi paucis. Annos plus minus sexaginta
tus es, incerta valetudine, debilitato corpore, Hart
ticoru

ticorum odium, Catholicorum pudor, vulgi fabula, tuorum luctus, inimicorum ludibrium, pugnante conscientia falsum nomen vsurpas Episcopi, pestiferam sectam, quam non probas, tacendo publicas perculsus anathemate, recisus à corpore in quod solum Christus influit, exutus omnium suffragiorum, sacrificiorum, Sacramentorum beneficio. Quis videre? quid expectas? quæ tua vita est? & quam in eo tibi spem restare putas? quod Hæretici implacabili odio conuicijsque lacessant? quod ex omnibus Hæresiarchis tolerabilius insanias? quod viuam Christi præsentiam in altari & liberum hominis arbitrium profitêre? quod catholicorum neminem in tua Diœcesi protriueris? quod hospitijs flores tuorum ciuium, & bonorum hominum? quod palatium & prædia non, vt tui sodales, delumbaris. Et quidem iuuabunt ista, si redieris ad complexum Ecclesiæ, si cũ domesticis fidei vel minimum quidquam patiare, vel salubriter meditere. Nunc autem dum foris es, dum hostis es, dum nequissimus transfuga sub alieno Duce militas, frustra studes integumentis virtutum innumera flagitia piare. Nec aliud consequere, nisi vt cruciatibus æternis paulo fortasse minus horribiliter mactêre, quam Iudas, aut Lutherus, aut Zvvinglius, aut, illi ipsi Cooperus, Humfredus, Samsonus antagonistæ tui. Quid interest quæso, ad mortis genus? ad mortem vero ipsam nihil interest, alta ne rupe quispiam præcipitetur in mare, an de ripa mittatur in profluentem, Ferro ne quis intereat, an laqueo: tortus in eculeo, an iaculo transuerberatus; gladio dissectus an securi; lapidibus obtusus an fustibus; igni tostus, an aqua bulliente coctus. Quorsum attinet pro multis fidei capitibus dimicare, & in paucis perire vacillantem; cauere naufragium, vt pugionibus iugulêre: declinare pestem, & inedia contabescas? vitare flammulas; vt fumulo suffocêre? Nullum fidei credit arti-

culum, qui vnum aut alterum recusat credere. Nam
simul ac pertinaciter transilijt limites Ecclesiæ, quæ
est columna & firmamentum veritatis, cui Christus
Iesus summa, prima, simplissima veritas, fons, lux,
dux, linea, norma fidelium instillat omnia. Quantum-
cunque retinet Catholicorum dogmatum, tamen
quod vnum perniciosè vellicat, cætera quæ affert
non iam orthodoxa fide, sine qua est impossibile pla-
cere Deo: sed suo ingenio, sua persuasione retinet.
Ociosè catholicorum religionem tueris, si, quæ lib-
tum est, ea sola exosculere; Alia quæ tibi non videan-
amputes. Vna syncera, nota est via, non meis tuisq-
cancellis, non priuato iudicio, sed humilitatis & obe-
quij seueris legibus terminata, à qua cùm deflexeris
exorbitasti. Intus oportet sis in domo Dei totus, in
salutis parietes, tutus ac saluus ab iniuria; Si paulu-
modò vagêre & spaciêre, si pedem vel manicam ex-
uicula prominentem negligas, si vllam vel minu-
pugnam in hoc nauigio dederis, exturbabere. Ob-
sa est porta, exundat Oceanus, perijsti. Qui mecu-
(inquit saluator) non colligit spargit: idque expo-
Hieronymus, qui Christi non est, Antichristi est. Ne-
es tam stupidus, vt sacramentariorum hæresim com-
ctêre: non tam demens, vt omnia Lutheranæ factio-
nis assecla velis esse, quæ nunc Oecumenicis concil-
(quibus tute fidendum existimas) damnantur Con-
stantiensi & Tridentino. Et tamen hæres in luto phan-
tasmatis tui, scilicet vt cornicum oculos configeres-
dereris, vt fraterculis tuis arbiter sederes honorand-
Memineris responsum, quod mihimet ipsi serio fac-
ctèque protuleris, tam cum ante triennium in æd-
bus clarissimi viri Thomæ Duttoni conuenissemus
pransuri Shyrburniæ. Incidimus in D. Cyprianum.
Obieci tibi, vt tua sensa melius expiscaret, Synodum
illam Carthaginensem, quæ circa baptisinum puero-
rum lapsa est. Dixisti id, quod res erat, non vni pro-
uinciæ,

uinciæ, sed Ecclesiæ Spiritum sanctum adpromitti: Eam vniuersam in pleno Concilio repræsentari: ostendi non posse doctrinam vllam quæ tale Concilium fefellerit. Recognosce tua tela, quibus in Eucharistiæ mysterio debellas aduersarium; Clamas orbem Christianum cœtus Episcoporum custodes depositi, hoc est, fidei antiquæ; hos vt interpretes scripturæ commendas populo. Latrunculorum quorundam figmentum impudens iure optimo rides & eleuas. Nunc quid dicis? En tibi celeberrimos Patres & Patriarchas,& Apostolicos viros nouissimè coactos Tridenti, qui pro veterum patrum fide communicatis operis, decertarunt, Legatos, præsules, Cardinales, Episcopos, Oratores, doctores plurimarum gentium, ætate maturos,rara sapientia,dignitate Principes,eruditione mirabiles; Vndique circumfluentes Italos, Gallos,Hispanos,Lusitanos, Græcos, Polonos, Hungaros, Flandros, Illyricos, multos ex Germania, aliquot ex Hybernia, Croauia, Morauia, ex Anglia quoque non neminem. Hi te quam diu sic viuis, vt nunc viuis feriunt,explodunt,eliminant, execrantur. Quid causæ adfers? maximè cum tuis collegis bellum indixeris, cur non te totum citra exceptiones in horum præsulum disciplinam submisse dedas? Vidistine aliquid in cœna Domini, quod isti non viderint excusserint,dissoluerint? Audesnè teipsum vel centesima parte cum infimis huius concilij Theologis exæquare? Non diffido prudentiæ, nec modestiæ tuæ non audes. Victus es ergo tuis iudicibus numero, valore, ponderé, grauissimo totius orbis terrarum & maximo testimonio. Redi, redi ad cor (miserabilis senex)restitue mihi veterem nitorem, & egregias dotes tuas hactenus sopitas in cœno turpitudinum. Da te parenti tuæ, quæ te Christo peperit, aluit, consecrauit, agnosce parricidium; sit erranti medicina confessio. Alterum (quod aiunt) in cymba pedem habes, fortasse statim,

breuissimè sine dubio rapiendus è vita, sistendus ad tribunal illud auditurus, Redde rationem villicationis tuæ; quam nisi celeriter & accuratè cum aduersario peccati viator iniueris, ad vltimum quadrantem exactus, de vita infœlix agitabere ab eo, cui soluendo nunquam fueris. Tum ille manus, quæ spurijs ordinibus tot miserellos iuuenes initiarunt, sulphureum corpus, præ dolore pungent, & terebrabunt: illud os impurum, periurijs & schismate delibutum; ignibus, vermibus, & spiritu procellarum opplebitur: illa tua carnis ambitiosa pompa, sella Pontificia, prouentus annui, spacioſa domus, honorifica salutatio, famulorum cohors, apparatus elegans rerum affluentia, quibus te stulta plebecula beatum æstimat, in horribiles fletus, in stridorem dentium, in fœtorem, squaleres fœditatem, carceres, vertentur. Ibi te Caluini manes & Zvvinglij, quibuscum nunc lactâre, perpetuò affligent, cum Arrio, Sabellio, Nestorio, VViclefo, Lutero: denique cum diabolo, & Angelis tenebrarum supplicia dependes, blasphemias eructabis. Parce tibi, parce tuæ tuæ, dolori meo. Licet fracta naui, proiectisque mercibus, tamen accipe tabulam pœnitentiæ, adnare quantum poteris, & vel nudus ad Ecclesiæ portum applica. Christus, ne dubites, præseruabit manu, accurret, dabit osculum, vestiet stola candida; Cœlites triumphabunt. De vita minima cura est, ille curabit, qui dat iumentis escam ipsorum, & coruorum pullis inuocantibus eum. Tu si nostrum exilium degustasses, si conscientiam repurgasses, si viuidum pietatis exemplar oculis & animo lustrauisses, quòd hic in Episcopis, presbyteris, religiosis fratribus, præpositis Academicis, proceribus regionum, laicis omnium ætatum, ordinum, sexuum resplendet; credo reliquam temporis vsuram gemitibus & fletibus imbuendam, sexcentis Britannijs commutares. Sin autem, quæ tuæ rationes sunt, sic impediris, vt liberè, quò velis euolare non

non queas, animum saltem grauissimis catenis eripito, corpori quiduis impera, modò ne te mole sua premat, & infra omnes mandet exilio, vbicunque remanseris, & quocunque diuerteris; Nouit Deus, qui sunt eius, & prope est omnibus inuocantibus eum in veritate. Da veniam (senex ornatissime) iustissimis aculeis & ardori meo. Liceat odisse mortiferam plagam, liceat insignis viri charique capitis, quolibet vel acerbo pharmaco periculum præsentissimum redimere & propellere: Iamque futurum, si Christus annuet, si tute non refugeris, tam expecto quam te diligo; diligo vt natura, literis, vrbanitate, moribus præstantissimum, & mihi multis tuis meritis officijsque coniunctissimum. Si conualueris, beasti me, si contempseris, testor chirographum hoc, Deus iudicet inter me & te: sanguis tuus super semetipsum. Vale.

Salutis tuæ studiosiss.
Edmundus Campian.

Tractatus de imitatione,

Ex

COMPENDIO RHETORICES QVOD EDMVNDVS CAMPIANVS SOCIETATIS IESV suis Oratoriæ facultatis studiosis Anno 1577. & 1578. proposuit Pragæ.

IN INVENTIONE ET DISPOsitione multos, in elocutione vnum imitandum esse.

CAPVT I.

REm aggredimur non satis ab authoribus explicatam, & inter disertos homines sanè controuersam: tollamus initio confusionem, matrem erroris, nouercam lucis, nutricem rixæ. Negari non debet, cum in doctrina bene dicendi res & verba spectentur, duas Rhetoricæ partes inuentionem ac dispositionem, quæ rerum sunt, ex optimis quibusque, licet stylo dissimilimis, iuuari ac perfici oportere. Tertiam quæ verborum est, ad vnius effigiem excellentis in ea facultate Magistri censeo componendam. Etenim si Marcus Tullius Archiæ se præceptis doctissimi

simi poëtæ formatum ad eloquentiam fatetur, propterea quod omnia humanitatis studia sui quodam vinculo socientur; quanto magis oratores ab oratoribus ingeniosis & acutis cuiusque modi fuerint locupletari & excoli posse putemus. Quis dubitet Varronem, Salustium, Liuium, Valerium Maximum, Senecam, quos Plinios, Quintilianum, Q. Curtium politè ac prudenter scribere? Horum opera legentes augebimur argumentis & peritia dicendi. Hi enim alius alia virtute claruerunt: Ille neruis, ille moribus, ille varietate, ille granditate, alter suauitate. Non caruerunt sua laude, neque Cornelius Cethegus, de quo Ennius:

Is dictus olim populariibus olim
Flos delibatus populi suadæq; medullæ.

Neque Cato senex cuius orationes 1500. legerat Cicero, graues in laudando, acerbas in vituperando, in sententijs argutas, in differendo subtiles. Neque Caius Carbo quem oratorem Lucius Gellius eius æqualis canorum, volubilem, acrem, vehementem, dulcem & perfacetum fuisse dicebat. Neque Tyberius Grachus, qui & diligentia Matria Corneliæ, & exquisitissimorum è Græcia præceptorum dicendi gloria multis præstitit. Neque Antonius, Crassus, Catulus, Philippus, Cotta, Hortensius, quos passim Cicero deprædicat qui his successit & antecelluit in omni genere virtutis oratoriæ. Cum ergo de hac imitatione loquimur, sequimur tales viros, quales iam recensui, id est optimum quemque cuius & sapientia & ordine & reliquo artificio perspecto reddamur doctiores. Sed in his ipsis præcipuum Ciceronem, non tamen solum qui est omnes in omni laude eloquentiæ antegressus. Accedunt istis Poëtæ, historici, philosophi lætiores, qui hac quidem in parte proderunt, & etiam scriptores Græci, qui ingenij & artis diuitias suppeditare pote-

poterunt. Constat Ciceronem ex Ennio profeciſſe, delectatum Tragœdis & Comicis. Ex Iſocrate vero, Platone atque Demoſthene plurimum creuiſſe. Sicut ex Homero Virgilium. Hoc pacto & latini libri vernaculum erudient oratorem & latinum vernaculi. Quæret quiſpiam, cum inuentionem ac diſpoſitionem tantopere laxemus, cur tandem phraſim & ſtylum ad vnius reuocemus exemplum. In promptu cauſa eſt. Hæc enim ſupplex rerum, ſemper conſtare ac ſui ſimilis quacunque dictione veſtiatur permanet; at voces & λέξεις in quibus prudentiſsimi viri frequenter offendunt, ii à multis promiſcue ſumerentur, formam ſermonis inæquabilem, incertam ac vitioſam redderent. Quod ergo facillime patet errori, illud ſecuriſsime inter limites coërcetur.

DE ELOCVTIONIS IMITATIONE.

CAPVT II.

AD apparatum ſermonis ornatumque quod attinet, non exiſtimo nullum fructum eſſe niſi voluminum Ciceronis, aut eorum qui Ciceronem feliciter expreſſerunt. Sed hoc dico in cæteris legendis cenſores vos eſſe debere, in Cicerone diſcipulos. Illos notare; hunc ſuſpicere: illos guſtare; hunc vorare, & concoquere, & in ſanguinem penitus ſuccumque veſtrum vertere. Habent illi delitias quaſdam, parce à nobis cauteque delibandas; hic plenas menſas & opiparas dapes, confidenter auideque ſumendas. Ex hoc igitur ſolo conficietur elocutio. Sicut enim nemini cutis, aut color aut certa corporis conſtitutio naſcitur ex epulis quas attingit, ſed ex quotidiano paſtu, quo

quo vegetatur & alitur; sic oratio, quamuis nonnulla de aliorum scriptis, tanquam de alieno conuiuio seponat, formam tamen & naturam ex vno Cicerone, cui semper assuescat, tanquam ex constanti pabulo orietur. Hæc eo spectant vt probem, qui Ciceronianus non sit, eloquentem esse neminem. Aliter sensisse video & Angelum Politianum, cuius extat ea de re ad Paulum Cortheſium epistola & Ioannem Picumi admirabili doctrinâ principem, cuius rationes dissoluit Petrus Bembus Cardinalis. Ac mihi quidem attentius cogitanti explodenda videtur in primis earum sententia qui prorsus imitationem sustulerunt & suum cuique ductum in scribendo, relinquunt; nec audiendi sunt, qui omnes bonos latinitatis authores præfigi maluerunt: nusquam enim est qui vbique est. Certe inter scriptores ipsos probatos & bonos dictio tam dissimilis reperitur, vt qui horum vestigijs omnium velit insistere, & optima deseret, & non consequetur mediocria. Vnde illud prouerbium inoleuit, qui plures insequitur lepores, nullum capit. Sed & illi aberrant à vero qui Ciceroni in imitatione primas styli, non tamen solas, deferunt. Quis pictor qui artem didicerit vt ab Apelle, Polygnoti aut Thymantis tabulas, è quibus doceretur adhibuit. Quis fictor quem Lysippus eduxerit Calamidis signa rigida magnopere fuit contemplatus? illud est expeditissimum, vt vnus ponatur ob oculos, vnus ad imitandum constituatur. Quod si onus? quis nisi M. Tullius? cui natura suas omnes opes contulit, cui latinus sermo patrius fuit, cui literæ linguæ, artes, ingenium iudiciumque perpolierunt. Cui cum ætate hoc studium adoleuit atque consenuit; cui exercitatio dicendi & scribendi assidua mirabilem facultatem peperit, cui dignitas in Repub. sapientiam cumulauit, & auxit diligentiâ, cui denique hoc ipsum curæ & cordi fuit eloquentiâ latinâ

perfice-

perficere. Quæ quas vicisitudines varietatesq; subie-
rit, quibus etiam incrementis & olim ad summa pro-
gressa, & nostro sæculo restituta sit, quoniam interes
scire, ad negotium; quod tractamus intelligendum
pautis declarabo.

DE TEMPORIBVS ELO
QVENTIAE.

CAPVT III.

QVinque fuerunt hactenus eloquentiæ Latinæ tempora, quibus animaduersis imitandi ratio quam dixi, facilius approbabitur. Primùm an tiquissimum, eorum qui ab vrbe condita vsque ad Liuium Andronicum; circiter quingentis annis floruerunt. Quo spatio cum multa suspicemur scripta fuisse, pauca tamen ad posteros peruenêre; Nam in originibus Cato tradidit, nihil horum seculorum, iam tum extare; præter orationem Appij & aliquot laudationes mortuorum; hic sermo totus propemodum obsoleuit. Quis enim nunc ita loquitur? si nox furtum factum sit, imo si que occisit iure casus esto: quam legem è tiabulis citat Macrobius. Aut quis illa carmina audiat, non miretur, quæ olim Salij Gardiuo concinerunt. Adhuc ergo nihil habemus quod imitemur: etiam si quædam huiuscemodi auxiliorum fragmenta legere possimus.

Secundum, tempus vetustum dici potest, annorum pæne centum, qui inter Liuium illum & Marcum Tullium fluxerunt. Vixerunt hac ætate, Plautus, Cato, Terentius, Lucretius, horriduli illi. Multi præterea quorum opera perierunt, Ennius, Næuius, Cæcilius, Pacuuius, Actius & oratores plurimi, quos in

in Bruto commemorat M. Cicero. Nec adhuc quidem perfecta est imago quam volumus eloquentiæ.

Sequitur tertio loco Ciceronis ætas florentissima. Quæ tabellæ huic manum apposuit vltimam. In ea principes Cicero & Cæsar, habiti: Laudati Varro & Salustius, Titus Liuius in suo genere visus excellere. His adnumeratur Cornelius Celsus medicus. In Poëtis verò heroicus Virgilius; Elegiacus, Ouidius; Lyricus, Horatius. Quin etiam Virgilius linguæ latinæ columen vocatur à Seruio: & Cicero, cum iam senex in huius adolescentis opusculum incidisset, de illo sic fertur auguraſſe: Magnæ spes altera Romæ. Ciceronis æqualium habentur epistolæ vt Cecinnæ, Pollionis, Cælij, Planci, Pompei, Marci Bruti, Lucij Lucei, Marcelli, Dolabellæ, Sulpitij ex quibus coniici potest, quam illud seculum ferax oratorum fuerit. Hisce temporibus eruditissimis cum suos coæuos longè post se reliquit M. Cicero, qui cæterorum næuos cauerit, & beata quadam vbertate ingenij omnes ex sese facundiæ virtutes extulerit, quis non huius vnius in dicendo similis esse cupiat? Huius (inquam) vnius qui formam & Ideam quam expetimus artificis præstantissimi, sic ad amussim effinxerit, vt Fabio teste, non iam hominis hoc nomen, sed Eloquentiæ videatur. Cæteris quos antea nominaui, qui hac tempestate viguerunt, quantum sit tribuendum, Ciceronis lectio diligens & obseruatio docebit: hunc enim solum, discentes, intuebimur. Cæsar in historia tersus ac purus, vtpote qui vocabulum insolens tanquam scopulum fugisse dicatur. Salustius breuis & astrictus, sed peruersus frequenter & mutilus in sententijs. Titum Liuium eloquentiæ lacteo fonte manasse testatur. Hieronymus, idque verum est in suo quem secutus est modo. Varronis reliquiæ quædam de re rustica, & de latina lingua leguntur, satis vtiles. Poëtis, in alio imitandi genere vtemur. Audacius quidem certè ab omnibus,

nibus, qui tum extiterant, voces, & locutiones nostro delectu, arbitrioque mutuabimur. Nam his extinctis, illa sermonis probitas & sanctitas quasi pollui cœpta est. Successit enim Quartum tempus ab Augusti Cæsaris interitu ad ante annos plus minus octuaginta. Qui sæculorum decursu, vt Poëtas taceam; oratores, historici, grammatici celebres, Columella, Valerius, Plinius, Suetonius, Quintilianus, Cornelius, Tacitus, Quintus Curtius, Asconius Pædianus, Aulus Gellius, Macrobius, Donatus, Seruius, Priscianus, ab illo nitore Ciceroniani sæculi plurimum degenerarunt, idque Fabius ingenuè confitetur. Dicendi, inquit, mutauimus genus, & vltrò nobis quam oportebat indulsimus. Illustres hinc fuere nostri Patres Ecclesiæ sanctæ lumina, Cyprianus, Lactantius, Augustinus, qui iuuenes Rhetoricam docuerant. Itemque Hieronymus, Ambrosius, Fulgentius, Sulpitius & Arnobius Rhetores; Vincentius Lyrinensis, Leo & Gregorius Magni, Bernardus, Chrysilogus, Damianus, omnes facundia attentissimi, sed ea quæ tum placuit. Post illos ferè dominantur scholæ, neglecta latinitas est, præterquam in paucis qui hæc studia coluerunt. Franciscus Petrarcha, Iustinianus Venetus, Pius secundus, Platina, Trapezuntius, alij: ducentis illis (tot enim fuerunt) annis tantum succreuit licentiæ, vt suo quisque arbitratu verba crearet noua. Itaque etiam illos qui erudiebant iuuentutem, non puduit vocabularia, quæ appellant, tudere referta verbis sordidissimis. Neque de arte Epistolandi, accentuandi, Diphthongandi, punctuandi scribere. Ita iacuit linguarum decus, graues tamen & profundæ magisque necessariæ scientiæ regnarunt, Theologorum & Philosophorum. Labentibus autem bonis literis oportune succurrit eximius ille Pontifex Nicolaus quintus qui annis ab hinc centum triginta Vaticanam instruxit Bibliothecam, magnisque stipendijs doctissimos professores ad hæc studia restaurandæ colligit,

colligit, Laborauit inter primos insignis Grammaticus Laurentius Valla qui tum claruit, cuius elegantiæ sunt in pretio. Hæc initia nouissimum istud sæculum eloquentiæ peperere, quod mihi videtur quinto loco ab Innocentij octaui Pontificatu ad nostra tempora deducendum. Extitêre tum potissimi cultores linguarum Ioannes Picus Mirandulæ princeps, Hermolaus Barbarus Aquileiensis patriarcha designatus, Angelus Policianus, familiæ Mediceæ alumnus, Bartholomæus Schala eques Florentinus, Marcus Antonicus Sabellicus nobilis historiographus, Aldus Manutius Pauli pater, Pomponius Lætus, Philippus Beroaldus, Georgius Merula, atque Itali multi, qui ad pristinam Romani sermonis gloriam studiosoruni animos erexerunt. Secuti sunt Hadrianus Cardinalis, qui libellum edidit de modis latinè loquendi valde vtilem, & Leo decimus Angeli Policiani discipulus elegantium literarum amantissimus ipse quoque eleganter doctus. Sub hoc pontifice Ciceroniana valuit eloquentia, nam illi priores nondum eo condescenderant. Deinc vero celebrati Petrus Bembus, Iacobus Sadoletus, Reginaldus Polus Cardinalis, Christop. Longolius, Hieronymus Osorius Siluensis Episcopus, Ioachimus Perionius, Petrus Fontidonius, Paulus Aldi, Aldus Pauli filius, Manutij. Et vt Theologi satis etiam accuratè Ciceronem imitati Cardinalis Hosius & Melchior Canus Varmiensis & Canariensis Episcopi. Hos & horum similes qui Tullium præ se ferunt, vnà cum ipso poterimus consectari. Hi perficient ταύτην τὴν γραμμήν, quam in oratore solum postulo. Non quin & eos quos ante Leonem posui & complures alios, vt Morum martyrem, vt Budæum vindicem Græcæ linguæ, vt Paulum Iouium excellentem historicum, vt Albertum pium, Carporum principem, vt Cochleum qui Lutherum oppugnauit, itemque cæteros, qui nostra patrumque memoria prodierunt ge-

nusque diuersum eloquentiæ sunt complexi vehementer laudem & admirer, sed quod imitandi ratione simpliciter eorum institutum probem, qui alios vt dixi lectitant; vnicum vero Ciceronem, ita versant, ac terunt perpetuò, vt eum verissimè conentur exprimere; præterea neminem. Hanc enim viam ad emendè scribendum & dicendum cum minimè dubiam, tum maximè compendiariam esse iudico.

QVID SIT IMITARI CICERONEM.

CAPVT IIII.

NOn diffiteor inter eos qui Ciceroniani dici volunt, quosdam esse qui ridiculo ineptoq; labore, sic ipsum velut hominem simioli, non quod naturale est velut filij Patrem referant. Nam & papillas expilant manifestè, & verba capiunt importunè & vim faciunt sententiæ & deformem seruiunt seruitutem. Itaque rectè præcipiunt, qui iubent, si placuerit eius inuentio, vestire verbis tuis, id est alijs: Si verba; libentibus illis vti, non recusantibus. Sunt enim qui sensa vocibus ligent, nactique phrases pulchras & plausibiles, rem quam licet in eas tanquam in vincula conijciunt. Contra factum oportuit: nam de re primum, pòst de vocabulis cogitandum. Aliud quoque mandant, non inutile, sed non in perpetuum, scribis epistolam delige Ciceronis vnam in eo genere, quam sequaris. Peroras vel disseris aliquid, quære in illius operibus exemplar, quod inspicias semper: caue ne tu te prodas, vel vt inopem vel vt captiuum. Tertium hoc sit quod quia septem antea librorum preceptionibus explicaui, cursim tantũmodò notabo:

Con-

Contemplabimur in egregio corpore lineamenta, venas, cutem, colorem, partes & virtutes singulas, quàm illud solidum & succi plenum, quàm formosum, quàm subactum, quàm illuminatum. quàm varium & concinnum appareat. Illius exordia statim conciliant animos; narrationes suspendunt, Contentiones expugnant, motus posident, exempla, loci communes amplificationes, omnis vcrietas artis, & orationis copia mirificè delectant. Sic ille grandis est, vt non turgeat; sic humilis, vt non vilescat; sic medius & venustus, vt nullas vnquam accersat ineptias: hæc dum amabimus & sequemur, studiosè vitabimus κακοζηλίαν. Quartum enucleatius proponam, quoniam in hoc negotio, non minimam sibi partem vendicat.

QVOMODO IN VERBIS SIT IMITANDVS CICERO.

CAPVT V.

VErbum recipio nullum quod non ille recepisset: multa autem admitto quæ ille non protulerit prolaturus sine dubio, si tulisset occasio. An ego dubitem, qui vir grauis & sapiens, pertractans philosophica, voces conuenientes fecerit, idque vt augeret linguam latinam, sicut ipse affirmat; idem si de agricultura fusus disputasset, plurima dixisset cum Varrone, Catone, Columella, præsertim cum in vno libello de senectute, & occatum & occatio, & arristæ, & acinus vinaceus, & repastinatio, & consitio & pomaria leguntur, alibi apud hunc nusquam. Quid qui semel de legibus, virgeta

nominauit, semel ad Q. Fratrem siluam viridita-
tam, semel de fato mulierosum, semel in Tuscula-
nis, multiplicabilem ; semel in Paradoxis, mu-
lum ; semel in Epistolis sportellas & artolaganos
semel ad Atticum dieticulam ; semel de vniuersitate
diuiduum; semel in Verrem, diuaricari; semel de na-
ra Deorum viticulas: ille non eiusdem generis alia p-
didisset, si vel sæpius vel copiosius talia disseruiss
Quid si recuperari possent ipsius volumina de Repu-
lica quæ exciderunt, an non suppeditarent bona vo-
bula, quæ tamen nullus adhuc Nizolius in reliquo C-
cerone viderit, cuius rei coniecturam ex eo capio
quod in somnio Scipionis, & extimum globum, &
stelliferum cœlum & immobilem terram, & lunarem
cursum reperio, quæ non reperissem nisi hoc frag-
mentum ex illius sexto de Rep. libro supereffet. Non
igitur linguam Ciceronis quæ multa reticuit, nec
fortunatam temporum, quæ multa perdidit, sed Cice-
ronem ipsum facio censorem & iudicem dictionum
sic loquar vt ipse loquebatur & paratus erat loqui.
Militiæ verba quæ in illo desidero, sumam de Vege-
tio. Agriculturæ, de Varrone & Catone: Architectu-
ræ, de Vitruuio; Medicinæ, de Celso; philosophiæ de
scholis, sed ita sumam, vt imitationi quam vrgeo nihil
incommodem. Neque enim si reliquus sermo sui si-
milis fuerit, vocabula quædam adscita, & perspeni
rarius, quæ vel necessitas peperit, vel vsus emollit, fi-
guram vniuersam corrumpere ac deprauare pote-
runt. Sed ne quis hanc libertatem vertat in audaciam,
duo præscribo. Primum vt quo ad eius fieri possit
Cicero totus exquisitissime referatur & exprimatur.
Secundum vt extra Ciceronem nihil assumatur quod
non ingens vtilitas necessitasve flagitent, vtilitatem
interpretor, cum vim, lucem, pondus, securitatem ap-
portet vna dictio, qua repudiata, vel obscuritas, vel
error, vel offensio non modica bonorum hominum
iure

iure timeri debeat. Nempe, apud Ciceronem perpessio non passio inuenitur: num propterea Christiani, non audebimus Christi passionem totidem literis & syllabis enuntiare? Per me quidem potius in Tyberim omnia Ciceronis opera proijciantur, quàm huius vnius dictiunculæ iactura fiat. Quare? Sic enim increbuit iam significatio rei sanctissimæ & maximæ: vt non sit tutum abolere. Idem existimo de Pœnitentia quæ fortius & valentius Ecclesiæ Catholicæ sensum loquitur, quàm resipiscentia, quæ mihi videtur non solum re infirmior, sed sono etiam durior. Iam vero quis nesciat Sacramentum apud illos Ethnicos non idem significasse quod hodie apud Christianos? Aut vetus nouumque testamentum ex talium authorum sententia pro sacris Biblijs accipi non posse? Quid ergo? nomen antiquabimus? Consensio fidelium, & verbi religio vetat. Aliquid etiam copiæ largiemur, sed magna cum cautione & in vocibus admodum luculentis, quæ licet nihilo plus efficacitatis aut commoditatis afferant: tamen si dignæ videantur Ciceronis auribus, locupletandi sermonis gratia iuuant, vt gracilis pro tenui, strigoso, subtili, exili, exiguo cur damnetur? Cicero non habet: gracilitatem habet quæ proxima est: at gracilitudinem & gracilentum, nolim quæ nihil vtilitatis, multum insolentiæ secum ferunt. Sed quoniam ad Ciceronis mentem in hoc delectu prouocauimus, quid ille senserit eliciamus ex eo quod fecerit libro 2. de diuin. Soritem, inquit, si necesse sit, latino verbo liceat Acerualem appellare: sed nihil opus; Vt enim ipsa philosophia & multa verba Græcorum, sic Σωρείτης satis latino sermone tritus est. Ecce cum res postularet, finxit vocabulum, quanto magis vteretur iam factis, nõ à quolibet audaculo & imperito, sed ab idoneis & disertis; neq; semper, sed verecundè, nec vbique, sed loco suo. Hæc si tribuimus commo-

ditati, inopiæ certè & necessitati plusculum dabimus. Vt Fibula Cæsaris est, *lib. 4. de Bello Gallico*; Ciceronis non est, qui tamen in Bruto dat eidem Cæsari de puro & incorrupto sermone honorificum & liberale testimonium. Acetum frigorificum, dixit Gellius. Alterum rectum est, alterum ineptum, neutrum Ciceronis, & Iud amplectimur, hoc reijcimus. Cum ergo deest vocabulum rei quotidianæ, vel satis vsitatæ, quam circumloqui molestum sit, quis non concedat aliunde a laudatissimis authoribus esse petendum? vt sunt ablemius, accipiter, accentus, abolitus, & similia quæ quidem inserta, nihil officiunt imitanti, imo paucissimis exceptis, eadem nihil secius manebit phrasis compositio, & figura styli semper eadem.

DE PHRASI ET COMPOSITIONE TVLLIANA.

CAPVT VI.

OMnino seruanda est vnius locutio Ciceronis, nec vlla societate scriptoris alterius, vel idiomatis contaminanda. Labemur autem facile in multis, nisi hanc legem sanctè custodierimus. Vulgus enim non ita diceret: propius absum, contra rem meam venit, abdo me in Bibliothecam, moueor insolentia loci, quantum honoribus mandatum voluistis, allegat illis homines nobiles, tua prædia sibi depactus est. In hac tanta puritate & elegantia quam lucidus, quam planus est Marcus Cicero! Vtitur etiam peculiari quadam cum gratia, certis particulis, vt à mendacio stare, à nobis est, mecum facit, vnus de illis; de amicorum sententia, in ante Calendas, pro templis, ad vrbem pugnatum est, cum tum, qui tum, vero, planè, sanè, quippe, Con-

pe. Connectit etiam mirifica diligentia & varietate clausulas atque periodos, vt siquidem, neque enim nisi fortè, sed quamobrem, reliqua verò, an est quisquam, quod si, cur igitur, atqui, mihi vero, at enim, perinde quasi, quoniam igitur pacto, an vero, quid? itaque, quæ cum ita sint: quid quod: huc accedit, ad illa venio, ad alia festinat oratio, & huius generis sexcentæ minutiæ inter legendum minimè contemnendæ. Denique accuratissimus est in numeris, quorum quanta sit habenbenda ratio docuimus initio lib. 7. cum de pedibus & periodis non pauca traderemus. Illud moneo, ne quis huic parti satis factum putet, si quales se nouisse testatur Fabius in fine posuerit: esse videatur. Plus ista res & assiduitatis, & industriæ postulat. Quare vt opus expediam, concludo paucis, cum sit vnum in quoque genere perfectissimum, quod, si non sensu, mente tamen comprehenditur; vnam speciem quoq; & idæam cœlestis eloquentiæ, quam sequimur, à nobis esse contemplandam, ad eam Cicero sine controuersia proximus accessit, huius ergo maximè ingenium, vim, motus, acumen, ordinem, æmulabimur. Alios interim, non excludemus, quia beneficij satis, nihil apportant periculi. At in apparatu sermonis vniuerso, in verbis, in phrasibus, ornamentis, numeris, solius Marci Tullij similes esse cupiemus. Nam & si necessarias aliundè voculas raro mutuabimur, nihilo tamen sequius hunc solum, si volumus, in stylo referemus. Quod cum faciemus, non homini donum hoc, sed præpotenti Deo, qui fons est omnis scientiæ, referemus acceptum, multoque religiosius Christum in vita, quam Ciceronem in lingua imitari conabimur.

Laus Deo & Beatæ Mariæ.

Calendis Februarij Anni, 1578. finiuit Reuerendus & sanctissimus vir EDMVNDVS CAMPIANVS, tum temporis adhuc Magister, postmodum Presbyter Pragæ, iam vero sanctissimus & constantissimus Anglus Martyr, &c. ora pro me. Descripsit Selenderus, 1586. in vig. D. Thomæ.

Memoria iuuatur collectione animi, confidentia, & præsentia mentis exercitatione, ordine, sobrietate, & gubernatione valetudinis. Læditur vero morbo, timore confusione, frigore, humore, crapula.

FINIS.

EDMVN.

RATIONES DECEM,

QVIBVS FRETVS CERTAMEN

Academicis Angliæ obtulit in cauſſa fidei.

EDMVNDVS CAMPIANVS,

Doctiſsimis Academicis Oxonij florentibus & Cantabrigiæ,

S. P. D.

ANnopræterito, cùm ex inſtituto vitæ meæ, iuſſus in hanc Inſulam remeâſſem (clariſsimi viri) offendi ſanè fluctus haud paulò ſæuiores in Anglicano littore, quam quos in Oceano Britannico recens à tergo reliqueram. Mox interiorem in Angliam vbi penetrâſſem, nihil vidi familiarius, quàm inuſitata ſupplicia: nihil certius, quam incerta pericula. Collegi me vt potui, memor cauſæ, memor temporum. Ac ne priùs fortè corriperer, quàm auditus à quopiam fuiſſem, ſcripto protinùs mandaui conſilium meum quî veniſſem, quid quærerem, quod bellum: & quibus, indicere cogitarem. Autographon apud me habui, vt mecum, ſi caperer caperetur: exemplum eius apud amicum depoſui, quod, me quidem neſciente, pluribus communicatum eſt. Aduerſarij publicatam ſchedulam atrociter acceperunt, cùm cætera, tum illud inuidioſiſsimè criminantes, quòd vnus omnibus in hoc reli-

gionis negotio certamen obtulissem. Quanquam solus in arte non eram futurus, si fide publicâ disputâssem. Responderunt postulatis meis, Hanmerus & Charcus Quid tandem? Otiosè omnia. Nullum enim responsum præter vnum honestè dabunt, quod nunquam dabunt: Conditiones amplectimur, Regina spondent, aduola. Interea clamant isti. Sodalitium tuum, seditiones tuas, arrogantiam tuam, proditorem sine dubio, proditorem. Ridiculè. Operam & oleum & famam homines non insipientissimi cur profundunt? Verùm his duobus (quorum prior, animi causa meam chartam delegit in quâ incurreret: alter malitiosius totam rem conuoluit) præbitus nuper est libellus admodum luculentus, qui quantùm oportuit, tantum & de Societate nostra, & de horum iniurijs, & de prouincia, quam sustinemus, edisserit. Mihi supererat, (quoniam vt video, tormenta non scholas parant antistites) rationem facti mei vobis vt probarem: capita rerum quæ mihi tantum fidentiæ pepererunt, quasi digito fontes ostenderem. Vos etiam hortarer, quorum interest præter cæteros, incumbitis in hanc curam, quam à vobis Christus, Ecclesia, Respublica, & vetera salus exigunt. Ego, si fretus ingenio, litteris, arte, lectione, memoriâ, peritissimum quemque aduersarium prouocaui. fui vanissimus & superbissimus, qui neque me, neque illos inspexerim: Sin causam intuitus, existimaui satis me valentem esse qui docerem hunc solem meridie lucere, debetis mihi feruorem istum concedere, quem honor IESV CHRISTI REGIS mei, & inuicta veritas imperarunt. Scitis, M. Tullium in Quintiana, cùm ei Roscius victoriam adpromitteret, si efficeret argumentis, septingenta millia passuum non esse decursa biduo, non modò nihil veritum articulos & neruos Hortensij, sed ne grandiores quidem Hortensio Philippos, & Cottas, & Antonios, & Crassos, quibus maximam dicendi gloriam tribuebat, metuere potuisse. Est enim quædam veritas tam illustris & perspicua, vt eam nulla verborum rerúmve præstigiæ possint obruere. Porrò liquidius est quod agimus, quam illa fuit hypothesis Rosciana. Nam si hoc præstitero, cœlos esse, diuos esse, fidem esse, Christum esse, causam obtinui.

obtinui. Hîc ego non sim animosus? Equidem occidi possum, superari non possum. Iis enim doctoribus insisto, quos ille Spiritus erudijt, qui nec fallitur, nec vincitur. Quæso à vobis, vt salui esse velitis. A quibus hoc impetraro, reliqua minimè dubitanter expecto. Date modò vos huic sollicitudini, Christum obtestamini, industriam adiungite, profectò sentietis id, quod res est, & aduersarios desperare, & nos tam solidè fundatos, quieto magnoque animo hanc arenam expetere oportere. Breuior hîc sum, quòd reliquo sermone vos alloquor.

Valete.

EGo Illustrissimi & Reuerendiss. Cardinalis V demontani Episcopi & Comitis Tullensis, Sa Romani Imperij Principis in spiritualibus, a temporalibus Vicarius generalis permitto vt cuciu ac, typis mandetur quidam libellus, cui titulus *Rationes Decem, quibus fretus certamen aduersarijs obi in causa Fidei Edmundus Campianus è Societate IESV Presbyter, allegatæ ad clarissimos viros nostrates Academ cos.* Notumque facio, me nil in illo comperisse, quod religioni Christianæ Catholicæ, Apostolicæ & Ro manæ aduersetur: quin etiam Authorem Christiano zelo, pietate, ac claritate nitentem iudicio. In cuius rei testimonium has literas manus meæ propriæ subscriptione obsignaui. Tulli; die 30. Octobris 1581.

Ita signatum.

F. DE ROSIERES, præfat
Illustriss. Reuerendiss.
Cardinalis Vicarius
generalis.

RATIONES OBLATI CERTAMINIS REDDITAE ACADEMICIS Angliæ.

PRIMA RATIO.

CVm multa sunt, quæ aduersariorum diffidentiam in causa loquuntur: tum nihil æquè atq; sanctorum Maiestas Bibliorum fœdissimè violata. Etenim qui, postea quàm reliquorum testium voces & suffragia contempserunt, eo sunt redacti nihilo seciùs vt stare nequeant, nisi diuinis ipsis codicibus vim, & manus intulerint: Ij se profectò declarant extrema fortuna confligere, & rebus iam desperatis, ac perditis experiri durissima velle, atque vltima. Manichæis quid causæ fuit, vt Euangelium Matthæi & Acta refigerent Apostolica *a*? Desperatio. His enim voluminibus cruciabantur, vt qui Christum negauerat prognatum de Virgine *a*, & qui Spiritum Christianis tum primò cælitus illapsum finxerant, quùm ipsorum Paracletus, Persa nequissimus, erupisset. Quid Ebionijs, vt omnes Pauli repudiarent epistolas *b*? Desperatio. His enim suam dignitatem retinentibus, antiquata circumcisio est, quam isti reuocauerant. Quid Luthero *c*, vt epistolam Iacobi contentiosam, tumidam, aridam, stramineam, flagitiosus apostata nominaret, & indignam spiritu censeret Apostolicoſ

I. *Sacræ literæ,*

a *Aug. lib. 28. contr. Faust. c. 2. & de vtil. cre. ca. 3.*

a. *Matt. 1. v. 23.*

b. *Iren. l. 1. ca. 26.*

c. *Lutherus in nouo testamento*

Germanico Præf. in epist. Ia. vide etiã li. de capt. Baby. c. de ext. vnct. & Cent. Mag. 2. pa. 8.

lico? Desperatio. Hoc enim scripto confessus
atque diruptus est *a*, cùm in sola fide iustitiam
tueret. Quid Lutheri catulis, vt Tobiam, Eccles
cum, Machabæos & horum odio complures al
eadem calumnia comprehensos, è syncero Canon
pentè dispungerent? Desperatio. His enim Or
disertissimè coarguuntur, quoties de Angelor
patrocinio, quoties de arbitrij *d* libertate, quo
fidelibus *e* vitâ defunctis, quoties de diuino
hominum intercessione disputant. Itanè verò
tùm peruersitatis, tantùm audaciæ! Cùm
siam, Concilia, Cathedras, Patres Martyres,
Populos, Leges, Academias, Historias, om

a Iac. 2. v. 14. & seq.

b Bibl. Gene.

tustatis & sanctitatis vestigia conculcassent,
Dei verbo tantùm, controuersias velle dirime

c Tob. 12. v. 12.

clamassent, illud verbum, quod restiterat,
è toto corpore tam multis, tam bonis, tam

d Eccle siast. 15. v. 17. 18.

sis partibus, delumbasse? Septem enim
veteri Testamento codices, vt minuta disi
Caluiniani præciderunt *a*: Lutherani verò

e 2. Mach. 12. v. 46.

Epistolam Iacobi, & huius inuidiâ, quinqu
de quibus aliquando fuerat & alicubi contro
sum *b*. His quoque libellum. Hesteris, & tri

f 2. Mach. 15. v. 12. 14.

nè capita Danielis annumerant nouissimi Germa
ses *c*, quæ quidem Anabaptistæ istorum consci
li iam pridem damnauerant, atque deriserant. Qua

a Ij sunt Baruch. Tobias, Iudith. Sapientia, Eccl. duo Machab.

tò modestiùs Augustinus *a*, qui sacrosanctum can
gum pertexens, non sibi, neque Alphabetum Hebr
cùm, vt Iudæi, neque priuatum spiritum, vt Secta
pro regula posuit: sed illum Spiritum quo tot
corpus Ecclesiæ Christus animat, quæ quidem
clesia custos huius depositi, non magistra, (q
hæretici cauillantur) thesaurum hunc vniuers

b Ex nouo Test. ij sunt, Epi.

quem Tridentina synodus *b* est amplexa, vetusti
mis olim Concilijs *c* publicitus vendicauit. Idem A
gustinus *d* de vna Scripturarum particula specia

dissérens, inducere in animum non potest, librum Sapientiæ, qui iam tum, Ecclesiæ calculo, temporum serie, priscorum testimonio, instinctione fidelium, vt firmus & Canonicus robur obtinuerat, cuiusquam temeritate, vel susurro extrudi extra canonem oportere. Quid ille nunc diceret, si viueret in terris, Lutheros Caluinosque concerneret opifices Bibliorum, qui suâ limâ politulâ & elegantulâ vetus nouumque Testamentum raserint, neque Sapientiam tantùm, sed & alia permulta de Canonicorum librorum ordine segregauerint: vt quicquid ex horum officina non prodierit, illud ab omnibus, phreneticò decreto, tanquam incultum & horridum conspuatur? Ad hoc tam dirum & execrabile perfugium qui descenderint, ij certè, licet in ore suorum assecla-tum volitent Sacerdotalia nundinentur, declamitent in concione ferrum in Catholicos, equuleum crucemque conscisant, tamen victi, abiecti, squalidi, prostrati sunt, quandoquidem arreptâ virgulâ censoriâ, velut arbitri sedentes honorarij, diuinas ipsas tabulas, si quæ ad stomachum non fecissent, obliterant. Ecquis est, vel mediocriter institutus, qui talium cuniculos hostium reformides: qui hostes, quàm primùm in corona vestra, eruditorum hominum, ad eiusmodi veteratorias artes, tanquam ad familiarem dæmonem currerent, non aurium conuitio, sed strepitu pedum exciperentur. Quærerem ab illis, verbi gratia, quo iure corpus Biblicum detruncent atque diripiant. Respondent, non se veras Scripturas exscindere, sed excernere suppositicias. Quo iudice, Spiritu sancto. Hoc enim responsum à Caluino *a* præscribitur, vt Ecclesiæ iudicium, quo spiritus examinantur, subterfugiat. Cur igitur alias, alijs lancinatis, cùm omnes eodem spiritu gloriemini? Caluinianorum spiritus recipit sex epistolas, quæ spiritui non placent Lutherano: freti

Iacobi. epist. ad ep. Iudæ. epist. 2. Pet. ep. 2. & 3. Io. Ità cẽsent Lut. in præf. citata. Mag. sent. l. 2. c. 4. Kem. in exam. Cõc. Trid. sess. 4. c Bib. Geneu. a S. Aug. De doct. Chr. l. 2. cap. 8. b Cont. Tri. sess. 4 c Vide Melc. Cã. li. 2. de lo. Theol. c. 9 20. 11. d Aug. de Præ. Sanct. cap. 14. a Caluin. Inst. li. 1. c. 7. nu. 4. & Sa

a Xist. Sen. li 8. Hæresi 10 b Seb. Castal. præf. in Cã. Vide Bezam in sua præfat. ante comment. Calvini in Iosue. a Sanct. Hier. ep. ad Pau. b Lutherus præf. in Apost. c Kemn. in exam. Cõc. Trid sess. 4. d Lutherus pr. in no. Testã. Germanicum. a Lutherus Ser. de Pharis. & Publ. b Beza in Luc. 22. c. v. 20. c. Poterion Ekchyno menon.

freti tamen vterque sancto spiritu Anabaptistæ, histo-
riam Iobi famulam *a* appellant, tragicis & comicis le-
gibus intermixtam. Qui sciunt? spiritu docente *b*. Ca-
stalio, mysticum illud Salomonis Canticum, quod
paradisum animæ, vt manna reconditum, vt opipa-
in Christo delicias Catholici admirantur, nihilo pla-
ris, quàm cantilenam de amicula, & cum pedis-
aulæ colloquium amatorium, venereus furcifer, ar-
mauit. Vnde hausit? à spiritu. In Apocalypsi Ioan-
cuius omnes apices excelsum aliquid & magnifi-
sonare confirmat Hieronymus *a*, tamen Lutherus *b* &
Brentius & Kemnitius *c* quidam, nescio quid, ifici-
les Aristarchi desiderant, eò scilicet propendent ut
exauctoretur: quem percontati? Spiritum. Quatuor
Euangelia feruore præpostero Lutherus *d* in se
committi, & prioribus tribus epistolas Pauli longè
præferens, vnicum deinceps Euangelium Ioannis
pulchrum, verum, præcipuum decernit esse nominan-
dum, quippe, quod in ipso fuit, libenter etiam ex-
stolos suarum rixarum socios adscripsisset: quo dis-
re? Spiritu. Quin etiam iste fraterculus non dubitat
Euangelium Lucæ petulanti stylo perstringere *a*, quod
in eo crebrius bona nobis virtutum opera commen-
dentur: quem interrogauit? Spiritũ. Theodorus Beza *b*
verbum illud arcanum ex Lucæ 22. cap. *Hic est calix*
nouum testamentum in sanguine meo, qui (calix) *c* pro nobis
fundetur: ausus est vt corruptum vitiatumque, tradi-
re, quòd hæc oratio nullam expositionem, nisi de
no calicis conuerso in verum Christi sanguinem par-
tiatur. Quis indicauit? Spiritus. Denique cùm omnes
credant suo quisque spiritui, nomen Sancti Spiritus
horribili blasphemia mentiuntur. Qui sic agunt non
nè se produnt? nonnè in confessu talium virorum
quales estis Academici, tenentur, ac minimo negotio
constringuntur? Cum his ego timeam pro fide Ca-
tholica disputare, qui pessima fide, voces non humanas,

nas, sed æthereas, tractauere? Nihil hîc dico quæ vertendo peruerterint, quamuis intolerabilia sint, quæ accusem. Gregorio Martino scientissimo linguarum, collegæ meo, qui doctius & plenius hoc præstabit, nihil præripio, nec alijs, quibus id laboris esse iam præ manibus intellexi. Facinorosius crimen est ac tetrius, quod nunc persequor: inuentos esse doctorculos, qui temulento quodam impetu in cæleste chirographum inuolarint: idipsum pluribus locis, vt mutilatum, & mancum, vt falsum, vt surreptitium condemnarint: eius partes aliquas correxerint; aliquas corroserint, aliquas euulserint: Hinc, omne propugnaculum quo muniebatur, in Lutheranos spiritus, tanquam in valla phantasmatum pictosque parietes commutarint: ne prorsus obmutescerent, quum in scripturas erroribus suis infestas impingerent, quas nihilò commodiùs expedire, quam sorbere fauillas, aut saxa mandere potuissent.

Hæc ergo mihi prima ratio vehemens, & iusta fuit, quæ vbi partes aduersarias vmbraticas & fractas ostendisset, animum sanè addidit viro, & Christiano, & in his studijs exercitato, pro sempiterni Regis diplomate aduersus reliquias profligatorum hostium decertandi.

SECVNDA RATIO.

II. *Sacrarum Literarū sententia.*

ALterum est, quod me quidem ad congressum incitarit, & horum apud me copiolas eleuarit, aduersarij perpetuum in scripturis exponendis ingenium, plenum fraudis, inane prudentiæ. Statim hæc Philosophi tangeretis. Itaque vos auditores expetij.

Sciscitemur ab aduersarijs, exempli gratia, quid-

nam sequuti nouam sectam intriuerint, qua Christi
excluditur è cœna mystica. Si nominant Euangelium
accurrimus. A nobis verba sunt. *Hoc est a corpus meum*
Hic est sanguis b meus. Qui sermo visus est ipsi Luthe
tam potens, vt cùm etiam discuperet fieri Zuing
nus, quòd ea re plurimùm incommodare Pont
ci potuisset: captus tamen, & vinctus apertissimo
textu *a* cederet, neque minus inuitus Christum
præsentem in Sacramento sanctissimo fatere
quàm olim dæmones *b* victi miraculis Christum
filium vociferati sunt. Agedum, pagellâ scriptâ
riores sumus, de sententia scripti contenditur,
peruestigemus ex verbis adiacentibus. *Corpus meum*
quod pro vobis datur: Sanguis meus b, qui pro multis
ture Adhuc durissimæ partes Caluini sunt, nostræ
ciles & explicatæ. Quid ampliùs? Conferte Scrip
ras, inquiunt: Maximè. Conspirant Euangelistæ
lus adstipulatur *d*. Voces, clausulæ, tota connexio
nem, vinum, insigne miraculum *e*, cæleste pabu
carnem, corpus, sanguinem, reuerenter ingemu
f. Nihil ænigmaticum, nihil offusum caligini
quendi. Tamen perstant aduersarij, neque vllam
nem faciunt altercandi. Quid agimus? Opinor,
diatur antiquitas, & quod nos alteris alteri
cti non possumus, illud, omnium sæculorum ve
randa canicies Christo propior, ab hac lite remo
tior, decidat arbitrio. Non ferunt, prodisse aiunt
Dei verbum purum putum inclamant, hominum
commentarios auersantur. Insidiosè, ineptè. Dei ver
bum perurgemus, obscurant: Diuos testamur inter
pretes, obsistunt. In summa, sic instituunt, nisi re
rum iudicio steteris, nullum iudicium fore. Atque
ita se gerunt in omni, quam exercemus, controuer
sia. De infusa gratia, de inhærente iustitia, de Eccles
conspicua, de necessitate Baptismatis, de Scramentis
& Sacrificio, de piorum meritis, de spe, & timore,
peccat

a *Matt.* 26. v. 26. *Marc.* 14. v. 22 *Luc.* 22. v. 19.
b *Matt.* 26. v. 28. *Marc.* 14. ve 14.
a *Luth. in* ep. *ad Argent.*
b *Matt.* 8. v. 29. *Marc.* 1. v. 24.
a *Luc.* 22. v. 19. *Matth.* 26. v. 28.
q *Mar.* 14. v. 24.
c *Marc.* 14. *Luc.* 22.
d 1. *Cor.* 10. & 11.
e *Matt.* 16
f *Ioc.* 6.

peccatis imparibus, de auctoritate Petri, de clauibus, de votis, de consilijs euangelicis, de cæteris, scripturas neque paucas, & ponderosas Catholici passim in libris, in colloquijs, in templis, in schola citauimus, atque discussimus, eluserunt. Veterum scholia Græcorum, & Latinorum admouimus, abnuerunt. Quid tum denique? Doctor Martinus Lutherus, aut verò Philippus, aut certè Zuinglius, aut sine dubio Caluinus, & Beza fideliter enarrarunt. Egóne quenquam vestrum existimem tam esse mucosis naribus, qui hoc artificium monitus non persentiscat? Quare fateor me Scolas Academicas cupidè requirere, vt inspectantibus vobis calamistratos istos milites in solem, & puluerem è suis vmbraculis euocatos, non meis viribus, qui cum vestris, centesima parte, non sum conferendus, sed valentissima causa & certissima veritate debilitem.

III. *Natura Ecclesiæ.*

a *Ap.* 21. v. 10.
b *Psal.* 79. v. 9.
c *Isa.* v. 2.
d *Isa.* 35. v. 8.
e *Cant.* 6. v. 8.
f *Matt.* 13. v. 24.
g *Cant.* 4. v. 8.
h *Eph* 5. v. 23. & 1. *Cor.* 12. v. 12.
i 1. *Tim.* 3 v. 15.
k. *Ioan.* 14. v. 26.
l *Matt.* 26. v. 18.

TERTIA RATIO.

AVdito Ecclesiæ nomine, hostis expaluit. Sed tamen excogitauit quiddam, quod à vobis animaduerti volo, vt falsi ruinam & inopiam cognoscatis. Senserat in Scripturis tum Propheticis, tum Apostolicis, vbiq; honorificam Ecclesiæ fieri mentionem vocari ciuitatem sanctam *a*, fructiferam vineam *b*, montem excelsum *c*, directam viam *d*, columbã vnicam *e*, regnum Cœli *f*, sponsam *g* & corpus Christi *h*, firmamentum veri *i*, multitudinem illam, cui Spiritus promissus instillet omnia salutaria *k*: illam, in quam vniuersam, nullæ sint vnquam fauces diaboli morsum lethiferum *l* impacturæ: illam, cui quicunque repugnet, quantumuis ore Christum prædicet, non magis Christo, quàm publicanus aut ethnicus *a*, po-

tiatur. Non est ausus contrauenire sonitu, videri
luit Ecclesiæ quam toties Scripturæ commemor
refragari, nomen callidè retinuit, rem ipsam fu
tus, definiendo, sustulit. His enim proprietatib
lineauit Ecclesiam, quæ penitus ipsam occulant
motam à sensibus, tanquam ideam Platonicam,
tis obtutibus hominum perpaucorum subijciant
rum tantummodo, qui singulariter afflati, corp
aërium intelligentia comprehenderent, & hui
dalitatis participes subtili quodam oculo lus
Vbi candor? Vbi simplicitas? Quæ scipturæ,
sa, qui Patres, hoc penicillo depingunt Ec
Sunt Christi ad Asiatices *b* Ecclesias, sunt Petri
Ioannis, aliorum, ad diuersas epistolæ: freque
Actis Apostolicis inchoantur & propagantur
c. Quid istæ? num soli Deo & sanctis homin
Christianis etiam cuiuscunque generis
Sed profectò, durum telum necessitas est.
Nam qui sæculis omninò quindecim, non
non villam, non domum reperiunt imbutam
na sua, donec infelix monachus *a* incesto con
votam Deo virginem funestasset, aut Heluetus
diator *b* in patriam coniurasset, aut stigmaticus
ga *c* Geneuam occupasset: Ij coguntur Eccle
quam volent, in latebris venditare, & eos parent
serere, quos nec ipsi nouerint, neque mortalium
quam aspexerit. Nisi fortè gaudent maioribus
lis, quos hæreticos fuisse liquet vt Aërio, Iou
no, Vigilantio, Heluidio, Iconomachis, Berengari
Vvaldensibus, Lolhardo, Vviclefo, Hussio, à quibus
pestifera quædam fragmenta dogmatum emendica
rint. Nolite mirari si fumulos istos non pertim
quos, modò ad meridianam lucem venero, mini
fuerit laboriosum dispellere.

Hæc est enim nostra sermocinatio. Dic mihi, su
scribis Eccesiæ, quæ sæculis anteactis viguit? omni

a *Matt.* 18. v. 17.

a *Cal. Inst. l.* 4. *c.* 1. *num.* 2. & 3.

b *Apo.* 1. 2. 3.

c *Act.* 8. 10. 11. & *seq.*

a *Lutherus.*

b *Zuinglius.*

c *Caluinus.*

Henri. Pantal. in Chronol.

Ob

Obeamus ergo terras & tempora: cui? cætui fidelium: quorum? nomina nesciuntur, sed constat plurimos extitisse. Constat? quibus constat? Deo. Quis dicit? nos, qui diuinitus edocti sumus. Fabulæ: quî credam? si arderes fide, tam scires hoc, quam te viuere.

Spectatum admissi risum teneatis?

Iuberi Christianos omnes adiungere se Ecclesiæ, cauere ne spiritali gladio trucidentur, in domo Dei pacem colere, huic animas credere columini veritatis isthic querelas omnes deponere, hinc eiectos habere pro ethnicis, nescire tamen tot centenis, tot homines vbinam illa sit, quiue huc pertineant? Vnum illud crepare in tenebris, vbi, vbi sit Ecclesia, tantummodo sanctos & in æthera destinatos ea contineri? Ex quo fit, vt si quis imperium sui præsulis detrectare velit, scelere, soluatur, dummodo sibi persuadeat presbyterum in crimen incidisse, & ab Ecclesia protinus excidisse. Cùm scirem aduersarios talia comminisci, quòd nullius ætatis Ecclesiæ consuessent, & orbatos tota re, velle tamen inter angustias vocabulum possidere, solabar me vestro acumine, atque adeò mihi pollicebar fore, vt quamprimum huiusmodi technas ex ipsorum confessione cerneretis, statim homines ingenui, & cordati stultas argutias in vestram intextas perniciem discinderetis.

QVARTA RATIO.

GRauis, Ecclesia nascente, quæstio de legitimis cæremonijs quæ credentium animos disturbauit, coacto Apostolorum, & seniorum concilio, soluta est. Credidere parentibus filij, pastoribus oues, in hæc verba mandantibus: *Visum est Spiritui sancto & nobis* a. Sequuta sunt ad extirpandam hæresim, quæ

IV. *Concilia.*

a *Act.* 15. v. 28.

varia quibusque sæculis pullulauit, Oecumenica veterum Concilia quatuor, tantæ firmitudinis, vt ijs, ante annos mille, singularis honos tanquam diuinis vocibus haberetur *a*. Non abibo longius. Etiam dominostræ, comitijs regni, eadem concilia, pristinum ius, inuiolatamque dignitatem obtinent. Hæc citabo, teque ipsam *b*, Anglia dulcissima patria, contestabor. Si quemadmodum præ te fers, quatuor ista Conciliaruerbere, summum honorem primæ sedis Episcopo, id est, Petro deferres *a*: Incruentum cotporis & sanguinis Christi sacrificium in altari recognosces *b*: Beatos Martyres, diuinosque omnes cœlites, vt pro te Christo, supplicent, obsecrabis *c*: Mulieroso apostatas ab infando concubitu, & incestu publico coërcebis *d*, multa facies, quæ demoliris, multa, quæ facis, infecta voless. Porrò Synodos aliorum temporum, nominatim verò Tridentinam, eiusdem auctoritatis, ac fidei cum primis illis fuisse, quando vsus venerit demonstraturum me spondeo, atque recipio. Auctus igitur Conciliorum omnium valido & exquisito præsidio, cur non ingrediar in hanc palæstram animo tranquillo, & præsenti, obseruaturus aduersarium quò se propiat. Nam & euidentissima producam, quæ distorquere non poterit, & probatissima, quæ respuere non audebit. Fortasse verbosius obloqnendo diem extrahere conabitur: sed ab intentis hominibus, si vos ego bene noui, nec aures nec oculos compilauit. Quòd si quis erit omninò tam demens, qui se vnum opponat Senatoribus orbis terræ, & ijs quidem omni exceptione maioribus, sanctioribus, doctioribus, vetustioribus, libenter aspiciam illud os, quod vbi vobis ostendero, reliqua cogitationibus vestris relinquam. Interim hoc monebo. Qui pleno Concilio ritè, atque ordine consummato momentum, & pondus abrogat, videri mihi nullo consilio, nullo cerebro, neque solùm in Theologicis tardum, sed etiam in politicis inconsultum,

a Greg. l. 1. ep. 24. *b* Aug. 1. Elizab. *a* Nic. can. 6. Chalc. act. 4. & 16. Constantino c. 5. *b* Ep. conc. in epist. ad Nestor. Nic. can. 14. *c* Chal. act. 11. *d* Nic. conc. apud Soc. l. 1. c. 8. *c* Vide. Chalc. Can. 4. 7. 16. & 24.

sultum. Si vnquam Dei Spiritus illuxit Ecclesiæ, certè illud est tempus immittendi Numinis, quùm omnium Ecclesiarum quæ sunt in terris patentissimæ, religio, maturitas, scientia, sapientia, dignitas, vnam in vrbem confluxerint, adhibitisque modis omnibus, diuinis, & humanis, quibus indagari veritas possit, promissum implorent Spiritum *a*, quò salutariter, & prudenter sanciat. Prosiliat nunc aliquis factionis hæreticæ magistellus, attollat supercilia, suspendat nasum, frontem perfricet, iudicesque suos scurriliter ipse iudicet: quos ille ludos, quos iocos dabit? Repertus est Lutherus *a* qui diceret, anteferre, se Concilijs, duorum suffragia bonorum, & eruditorum hominum (putatote suum, & Philippi) si quando in Christi nomine consensissent: O circulos! Repertus est Kemnitius *b*, qui Concilium Tridentinum ad suos vertiginis importunæ calculos exegerit: quid lucratus? infamiã, Dum iste, nicauerit sepelietur cum Ario; Tridentina Synodus quò magis inueteraſcet, eò magis indies eoq; perennius efflorescet. Bone Deus, quæ gentium varietas, qui delectus Episcoporum totius orbis, qui Regum, & Rerumpublicarum splendor, quæ medulla Theologorum, quæ sanctitas, quæ lachrymæ, quæ ieiunia, qui flores Academici, quæ linguæ, quanta subtilitas, quantus labor, quam infinita lectio, quantæ virtutum, & studiorum diuitiæ, augustum illud sacrarium impleuerunt? Audiui ego Pontifices exultantes, & in his Antonium Archiepiscopum Pragensem, à quo sum creatus presbyter, amplissimos, & prudentissimos viros, quòd in ea schola hæsissent aliquot annis: vt nullum Ferdinandi Cæsaris, cui multum debuerant, regalius, & vberius in se beneficium colerent, quàm hoc fuit quòd in Tridentino gymnasio legari ex Pannonia consedissent. Intellexit hæc Cæsar, qui reuersis ita gratulatus est, *Aluimus vos in schola optima.*

a *Matt.* 18. *v.* 20. *Ioan.* 14. *v.* 26.

a *Lutherus. Li. de ca. Babil.*

b *Martini Kemnitij examen Concil. Trid.*

Huc inuitati fide publica cur non properarunt aduersarij, vt eos palam refellerent, in quos ranunculi coaxant è cauernulis? Husio, & Hieronymo fregere fidem, inquiunt. Qui? Constantiensis Concilij proceres. Falsum est nullam enim dedere, sed nec in Husium tamen animaduersum fuisset, nisi homo perfidiosus & pestilens, retractus ex fuga, quam ei Sigismundus Imperator periculo capitis interdixerat, violatis etiam conditionibus, quas scripto pepigerat cum Cæsare, vim omnem illius diplomatis eneruasset. Fefellit Husium præcipitata malitia. Iussus enim, cùm barbaras in sua Bohëmia tragœdias excitasset, semet ipsum sistere Constantiæ despexit prærogatiuam Concilij, securitatem petijt à Cæsare. Cæsar obsignauit, Christianus orbis resignauit, maior Cæsare. Recipere ad mentem hæresiarcha noluit, perijt. Hieronymus verò Pragensis furtim venit Constantiam, protectus à nemine, deprehensus comparuit, peroranit, habitus est perbenignè, liber abijt quò voluit, sanatus est, hæresim eiurauit, relapsus est, exustus est. Quid toties vnum exemplum de sexcentis exagitant? Repetant annales suos. Martinus ipse Lutherus, odium Dei, & hominum, Augustæ positus coram Cardinale Caietano, nonne quod potuit, eructauit, & Maximiliani literis communitus, excesit? Idem accitus Vvormatiam, cùm & Cæsarem, & plerosque Imperij principes haberet infensos, nonnè Cæsaris verbo tutus fuit? Postremò Lutheranorum, & Zuinglianorum capita, præsente Carolo quinto, hæreticorum hoste, victore, domino, nonnè datis inducijs, confessiones suas toties innouatas exhibuere comitijs Augustianis, & sospites abiere? Haud secus, literæ Tridentinæ locupletissimas aduersario cautiones prouiderant *a*: vti nolui. Nimirum se iactat in angulis, in quibus vbi trita verba Græca sonuerit, sapere videatur: abhorret à luce, quæ literatorem in numero poneret, & ad honesta subsellia deuoca-

Io. Huss.

Hieron. Prag.

Anno 1518.

Anno 1521.

Augustana. Confessio.

a Vide Cõc. Trid. Sess. 13. 15. & 18.

deuocaret. Catholicis Anglis tale chirographum impunitatis impetrent, si diligunt salutem animarum. Nos Husium non causabimur, in curiam, verbo Principis innixi, conuolabimus.

Sed vt vnde sum egressus eo regrediar, Concilia generalia mea sunt, primum, vltimum, media: his pugnabo. Hastam expectet aduersarius amentatam, quam euellere nunquam poterit: prosternatur in eo Satanas, Christus viuat.

QVINTA RATIO.

ANtiochiæ, qua primum in vrbe, Christianorum nobile cognomentum increbuit, doctores *a*, id est eminentes Theologi, & Prophetæ, id est, concionatores perquàm celebres, floruerunt. Huiusce generis *scribas, & sapientes, doctos in regno Dei, noua promentes & vetera a*, Christum callentes, & Moysem, Dominus ipse futuros gregi prospexerat. Hos ingentis beneficij loco donatos explodere quanti maleficij est? explosit aduersarius. Quid ita? qui stantibus illis concidisset. Id ego cùm pro certissimo comperissem, pugnam simpliciter exoptaui, non illam iocularem, qua turbæ velitantur in compitis, sed istam seueram, & acrem, qua congredimur in vestris philosophorum spacijs.

V. *Patres.*

a Act. 13. *v.* 1.

1. *Cor.* 12. *v.* 28. *Eph.* 4. *v.* 11. 1. *Cor.* 14. *v.* 1. & *seq.*

a Matt. 13. *v.* 32.

----Pede pes, denſuſque viro vir.

Ad Patres si quando licebit accedere, confectum est prælium tam sunt nostri, quam Gregorius ipse decimus tertius, filiorum Ecclesiæ Pater amantissimus. Nam, vt omittam loco sparsa, quæ ex monimentis veterum conquisita, nostram fidem appositè affirmateque propugnant, tenemus horum integra volumina, quæ de industria religionem, quam tuemur

euangelicam distinctè copioseque dilucidant. Duplex Hierarchia Martyris *a* Dionysij, quas classes, quæ sacra, quos ritus edocet? Pupugit ea res Lutherum *b* tam valdè, vt huius opera *simillima somnijs, nec non perniciosissima* iudicaret. Imitatus parentem Causseus *c*, nescio quis terræ filius ex Gallia, non est veritus hunc Dionysium inclytæ gentis Apostolum, vocitare *delirum senem*. Centuriatores *d* vehementer offendit Ignatius, offendit & Caluinum, vt in eius epistolis *deformes nævos, & putidas nænias e* hominum quisquiliæ, notarint. Censoribus illis *fænaticum quiddam a* Irenæus edidit: Clemens auctor Stromatum, *zizania, facesque b* protulit: reliqui patres huius æui, sanè Apostolici viri, *blasphemias, & monstra posteris reliquerunt*. In Tertulliano rapiunt auidè, quod à nobis edocti, nobiscum communiter detestentur: sed meminerint, libellum de præscriptionibus *c* qui nostri temporis sectarios tam insigniter percujit nunquam fuisse reprehensum. Hippolytus Portuensis *d* Episcopus, quàm belle, quam clarè, Antechristi neruum, Lutherana tempora, præmonstrauit? Eum propterea *scriptorem infantissimum & laruam a* nominant. Cyprianum, delicias & decus Africæ, Gallicauus ille criticus *b*, & Magdeburgici *c*, *stupidum, & destitutum Deo & deprauatorem pœnitentiæ* nuncuparunt. Quid admisit? Scripsit enim de virginibus, de lapsis, de vnitate Ecclesiæ tractationes eiusmodi, eas etiam epistolas Cornelio Romano Pontifici, vt nisi fides huic martyri detrahatur, Petrus Martyr Vermilius, omnesque cum eo fœderati peiores adulteris, & sacrilegis habeantur. Ac ne singulis insistam diutiùs, Patres huius sæculi damnantur omnes, *quippe qui doctrinam de pœnitentia mirè deprauarint a*, quo pacto? nam austeritas Canonum quæ viguit ea tempestate, maiorem in modum displicet huic sectæ plausibili, quæ triclinijs aptior quùm templis, voluptarias aures, titil-

a S. Dio. Areop. de quo vide 6. Syn. Act. 4. Adon. Treu. in martyr. Syng. Suid. Metap.
b Luth. Comm. in 1. 13. 17. Deu. item in captiu. Babyl.
c Caussæus Dial. 3. & 11.
d Cent. 2. ca. 10.
e. Cal. Inst. l. 1. c. 11. n. 29.
a Cent. 2. cap. 5.
b Vide cē. 1. l. c. 10. & seq.
c Tertul. l. de præs. cont. har.
d Hipp. Orat. de ps. secul.

a *Iuel. &c.* b *Causs. dial. 8. & 11.* c *Cent. 3. c. & 4.* a *Cent. 3. c. &*

titillare & puluillos omni cubito *b* solet assuere. Quid ætas proxima, quid peccauit? Chrysostomus & ij Patres *iustitiam fidei fædè a* videlicet *obscurarunt*. Nazianzenus, quem honoris causa, Theologum veteres appellarunt, Caussæo iudice *b*, *Fabulator, quid affirmaret, nescijt*. Ambrosius *à Cacodæmone fascinatus est*. Hieronymus *æquè damnatus, atque diabolus, iniurioſus Apostolo c, blasphemus, sceleratus, impius. Vnus* Gregorio Massauio *d plus est Caluinus, quàm centum Augustini*. Parum est centum Lutherus *e nihili facit aduersum se mille Augustinos, mille Cyprianos, mille Ecclesias*. Longiùs rem deducere, superuacaneum puto. Nam in hos, qui bacchantur, quis miretur in Optatum, Athanasium, Hilarium, Cyrillos, Epiphanium, Basilium, Vincentium, Fulgentium, Leonem, Gregoriumque Romanum fuisse procaciſsimos?

Quanquam si datur vlla rebus iniustis iusta defensio, non inficior, habere Patres, vbicunque incideris, quod isti, dum sibi consentiunt, necessariò stomachentur.

Etenim qui odore stata ieiunia, quo animo oportet esse in Basilium, Nazianzenum, Leonem, Chrysostomum, qui de Quadragesima, & indictis ieiuniorum ferijs, tanquam de rebus iam vsitatis, conciones egregias publicarunt?

Qui suas animas auro, libidine, crapula, & ambitioſis conspectibus vendiderunt, possuntne non esse inimiciſsimi Basilio, Chrysostomo, Hieronymo, Augustino, quorum excellentes libri de Monachorum instituto, regula, virtutibus, teruntur?

Qui captiuam hominis voluntatem inuexere, qui Christiana funebria sustulere, qui Diuorum reliquias incendere, sintne placabiles Augustino, qui de libero arbitrio, libros tres, De cura pro mortuis, vnum, De Miraculis ad Basilicas, & memorias Martyrum, prolixum caput nobiliſsimi operis *a* & conciones aliquot *b* exarauit?

Canones Pœnitentia veteres.

b *Ezec.* 13. *v.* 18.

a *Præf. in Cen.* 5.

b *Caussæ. Dea.* 6. 7. 8.

c *Beza in Act. Apost. c.* 23. *v.* 3.

d *Test. Stanch. l. de Trinit.*

e *Luth. l. contra Herr. Reg. Ann.*

a *Aug. l.* 22. *de Ciuit. Dei ca.* 8.

b *Ser. de diuers.* 34. *& seq.*

Qui

Qui fidem suis captiunculis metiuntur, nonne succenseant Augustino, cuius est insignis epistola contra Manichæum, qua se profitetur *a* Antiquitati, Consentioni, successioni perpetuæ, & Ecclesiæ quæ sola inter tot hæreses Catholicæ nomen vsucapione vendicat assentire?

Optatus, Mileuitanus Episcopus, Donatianam partem reuincit *b* ex communione Catholica, nequitiam accusat *c* ex decreto Melchiadis, hæresim refutat ex ordine Romanorum Pontificum, insaniam patefecit ex Eucharistia *e* & Chrismate contaminatis, sacrilegium horret *a* ex diffractis altaribus, *in quibus Christi membra portata sunt*, pollutisque calicibus *b*, *qui Christi sanguinem tenuerunt*. De optato quid sentiant, aueo scire, quem Augustinus *c* vt venerabilem, & Catholicum Episcopum, Ambrosio parem, & Cypriano, *quem Fulgentius d* vt sanctum vt fidelem Pauli interpretem, Augustini similem, & Ambrosij, meminerunt.

Athanasij Symbolum in templis concinunt. Num fauent ei, qui Antonium Eremitam AEgyptium *a*, grauis auctor, accurato libello dilaudauerit, quique cum Alexandria Synodo *b*, iudicium sedis Apostolicæ, Diui Petri, suppliciter appellarit? Prudentius in hymnis, quos decantes? quoties ad eorum cineres, & ossa regem martyrum veneratur? Num hunc probabunt?

Hieronymus prò Diuorum reliquijs, & honoribus scribit in Vigilantium: In Iouinianum, pro virginitatis gradu. Hunccine patientur?

Ambrosius *a* tutores suos Geruasium, & Protasium, celebritate notissima, in Arianam ignominiam honestauit: cui facto diuinissimi Patres *b* encomium tribuere: quod factum, Deus *c* non vno prodigio decorauit. Num beneuoli sunt Ambrosio futuri?

Grego-

a Aug. Cont. ep. Man. quam vocant fundam. c. 4.

b Optatus l. 1. & 2. cont. Parmen.

c Lib. 1.

d Lib. 2.

e Lib. 2.

a Lib. 6.

b Lib. 6.

c Aug. l. 1. cont. Parmen. & de vnit. c. 16.

& lib. 3. de doct. Christ. c. 40.

d Fulg. lib. 2. ad Monim.

a Vide S. Hier. de scrip. Eccles.

b Vide ep Syno. Alex. ad Feli. 2.

a Vide ep. D. Ambr. ad Ital. To. 3. Surij, & eiusd. Item ser. 91. b. Aug. l. 22. de Ci. Dei, cap. 8, c Greg. Turo. l. de glor. Mar. c. 46. Metaphr.

Gregorius magnus noster Apostolus, planissimè noster est, eoque nomine nostris aduersarijs odiosus, quem Caluini rabies negat in schola sancti Spiritus educatum[a] propterea quòd sacras imagines, illiteratorum libros appellasset.

a *Calu. Inst. l. 1. c. 12. nu. 5.*

Dies me deficeret numerantem Epistolas, Conciones, Homilias, Orationes, Opuscula, Disceptationes Patrum, in quibus ex apparato, grauiter & ornatè nostra Catholicorum dogmata roborarunt. Quàm diu apud bibliopolas ista venierint, tam diu frustrà nostrorum codices prohibentur: frustrà seruantur aditus oræque maritimæ: frustrà domus, arcæ, scrinia, capsulæ disquiruntur frustrà tot portis minaces tabulæ suffiguntur. Nullus enim Hardingus, nec Sanderus, nec Stapletonus, nec Bristolius hæc noua somnia vehementius, quàm hi, quos recensui Patres, insectantur. Talia cogitanti accreuit animus, & desiderium pugnæ, in qua, quoquo se mouerit aduersarius, nisi gloriam Deo cesserit, feret incommodum. Patres admiserit: captus est. excluserit: nullus est.

Adolescentibus nobis ita contigit. Ioannes Iuëllus antesignanus Caluinianorum Angliæ, Catholicos ad Diui Pauli Londinensium, incredibili iactantia lacessiuit, inuocatis per hypocrisin, & imploratis Patribus, quicunque intra salutis annum sexcentesimum claruissent. Accipiunt conditionem memorabiles viri, qui tum exulabant Louanij, summis licèt difficultatibus propter iniquitatem suorum temporum circumsepti. Ausim dicere, tanto popularibus nostris bono fuisse illam Iuëlli astutiam, inscitiam, improbitatem, impudentiam, quas ij scriptores fœliciter expanderunt, vt vix aliud quidquam memoria mea prouenerit Anglorum Ecclesiæ laboranti fructuosius: Edictum continuò valuis appenditur, ne qui codices illiusmodi legerentur, néve haberentur, quùm tantis clamoribus propemodùm extorti prodijssent, didicere quicunque

cunque negotium attigissent, Patres fuisse Catholicos; id est, nostros.

Neque hoc sibi suisque vulnus inflictum Laurentius Hemfredus tacuit : qui cùm altè Iuëllum quoad cætera sustulisset , vnam ei notam aspersit inconsiderantiæ , quòd Patrum calculos recepisset, quibuscum sibi nihil esse commercij, nec fore, sine vlla circuitione proloquitur.

Lib. de vit. Iuël.

Pertentauimus etiam familiariter aliquando Tobiam, Mattheum, qui nunc in concionibus dominatur, quem propter bonas artes, & virtutum semina dileximus, vt responderet ingenuè, possetne qui Patres assiduus lectitaret, istarum esse partium, quas ille suaserat. Retulit, non posse, si pariter eos legeret, ijsque crederet. Verissimum hoc verbum est, neque aliter, aut eum nunc, aut Matthæum Huttenum, *qui vir nominatus in paucis*, versare dicitur, aut reliquos aduersarios, qui hoc faciunt, sentire arbitror.

Hactenus ergo securus in hanc aciem potui descendere bellaturus cum ijs , qui quasi auribus lupum teneant æternam causæ maculam cogantur inurere, siue recusent Patres, siue deposcant. Nam in altero fugam adornant, in altero suffocantur.

SEXTA RATIO.

VI. *Firmamenta Patrum Io 5. v. 39.*

SI quibus vnquam cordi curæque fuit id quod maximo operè nostris fuit, & esse debet, *Scrutamini scripturas*: Facilè principes, & palmares in hoc genere sanctissimi Patres extitere. Horum opera sumptuque tot gentibus & linguis transcripta Biblia : & importata sunt : Horum periculis & cruciatibus, erepta de flammis hostilibus, & vastitate, horum laboribus, & vigilijs, omnem in partem enucleata studiosissimè: die

die noctuque sacras literas imbibere, de suggestis omnibus sacras literas edidere, immensa volumina sacris literis ditauere, fidelissimis commentarijs sacras literas explicuere, cibos, & inediam sacris literis condidere, occupati denique sacris in literis ad senectutem decrepitam peruenere.

Quòd si frequentes ipsi quoque, ab Auctoritate Maiorum, ab Ecclesiæ praxi, à Successione Pontificum, à Concilijs œcumenicis, à Traditionibus Apostolicis, à Cruore Martyrum, à Scitis Præsulum, à Visis euentisque mirabilibus argumentati sunt: tamen omnium maximè, & libentissimè Sanctarum Literarum testimonia densa conglobant; hæc premunt, in his habitant; huic *armaturæ fortium*, ducesrobustissimi, sarta tecta Ciuitatis Dei contra nefarios impetus quotidie munientes optimo iure, primas partes honoratissimasque porrigunt. *Cant. 4. v. 4.*

Quò magis demiror illam exceptionem aduersarij superbam & fatuam, qui velut aquam in profluente quæritans, sic in scripturis confertissimis scripturarum penuriam obiectat. Tantisper se patribus assensurum dicit, dum Sacris Literis adhæresc unt. Num loquitur ex animo? Curabo igitur procedant armati atq; stipati Christo, Prophetis, Apostolis atque omni apparatu Biblico, celeberrimi auctores, antiquissimi Patres, sanctissimi viri, Dionysius, Cyprianus, Athanasius, Basilius, Nazianzenus, Ambrosius, Hieronymus, Chrysostomus, Augustinus, Latinusque Gregorius. Regnet in Anglia fides illa, vtinam regnet, quam hi Patres amicissimi scripturarum ex scripturis extruunt. Quas afferunt, afferemus: quas conferunt, conferemus: quod inferunt, inferemus, placet? excrea dic sodes. Minimè verò, inquis, nisi rectè exponant. Quid est hoc ipsum, rectè? Arbitratu tuo. Nihilne pudet Labyrinthi?

Ergò cùm sperem in Academijs florentissimis, consociatum iri benè multos, qui non

non pingui Minerua, sed acuto iudicio in has controuersias inspecturi sunt, & horum responsa nugatoria libraturi, lætus hunc diem cam præstolabor, vt qui contra syluestres tumulos mendiculorum inermium nobilitatem & robur Ecclesiæ Christi cogitem educere.

SEPTIMA RATIO.

VII. *Historia. Generales Historici.*

PRistinam Ecclesiæ faciem historia prisca restituit. Huc prouoco. Certè antiquiores historici (quos etiam vsurpant aduersarij) ferè numerantur, Eusebius, Damasus, Hieronymus, Ruffinus, Orosius, Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Cassiodorus, Gregorius Turonensis, Vsuardus, Regino, Marianus, Sigebertus, Zonaras, Cedrenus, Nicephorus. Quid narrant? Nostrorum laudes, progressus, vicissitudinem, hostes. Imò verò, quod obseruos diligenter, illi qui

Hæreticorum chronica & historia.

dissident à nobis odio capitali Philippus, Pantaleon, Funccius, Magdeburgici, quùm se adscribendam vel chronologiam, Ecclesiæ, vel historiam appulissent, nisi nostrorum gesta colligerent, ac inimicorum Ecclesiæ nostræ fraudes & scelera exaceruarent, mille quingentos annos argumento vacui prætermitterent.

Historici certarum Gentium.

Cum his considera peculiares certarum historiographos regionum, qui vnius acta cuiusque populi curiosius, operosiusque scrutati sunt. Ij quasi Spartam adepti quam locupletare modis omnibus, & perpolire cuperent. qui ne conuiuia quidem lautiora, aut municatas tunicas, aut pugionum capulos, aut inauratacalcaria, talesque minutias, si nouitatem saperent, tacuere: profectò, si quid in religione mutatum, aut à primis degeneratum sæculis inaudissent, frequentes memorassent, si non frequentes, saltem aliqui: si non

aliqui,

aliqui, vnus aliquis absque dubio. Nullus omninò, neque beneuolus nobis, neque maleuolus, non modò quicquam tale prodidit, sed nec significauit.

Verbi gratia. Dant nobis aduersarij, nec aliter possunt, fuisse Romanam Ecclesiam aliquando Sanctam, Catholicam, Apostolicam: tum, cùm hæc à Diuo Paulo promeruisset elogia: *Vestra fides annunciatur in vniuerso mundo. Sine intermissione a memoriam vestri facio: Scio quoniam veniens b ad vos in abundantia benedictionis Christi veniam: Salutant vos omnes c Ecclesiæ Christi: Vestra enim obedientia d in omnem locum diuulgata est.* Tum, cùm ibi Paulus in libera custodia *e*, disseminaret Euangelium: Tum, cùm in ea quondam *Babylone f coëlectam Ecclesiam* Petrus regeret: Tum cũ ille Clemẽs apprimè laudatus ab Apologo *g* sederet ad ipsa gubernacula: Tum, cùm profani Cæsares vt Nero, Domitianus, Traianus, Antonius, Romanos Pontifices laniarent. Tum etiam, vel Caluino teste, cùm Damasus, Siricius, Anastasius, Innocentius, clauum tenerent Apostolicum. Hoc enim sæculo, nihil adhuc, præsertim Romæ, digressos ab Euangelica doctrina *a*, liberaliter ille concedit.

Quando igitur hanc fidem tantopere celebratam Roma perdidit? quando esse desijt, quod ante fuit? Quo tempore, quo Pontifice, qua via, qua vi, quibus incrementis, vrbem, & orbem religio peruasit aliena? quas voces, quas turbas, quæ lamenta progenuit? Omnes orbe reliquo sopiti sunt, dum Roma, Roma inquam noua Sacramenta, nouum Sacrificium, nouum religionis dogma produceret? Nullus extitit historicus, neque Latinus, neque Græcus, neque remotus, neque citimus, qui rem tantam vel obscurè iaceret in commentarios?

Ergo perspicuum hoc quidem est, si quæ nos credimus, historia multa & varia, nuncia vetustatis, vita memoriæ loquitur, ac repetit affluenter quæ isti obtrudunt,

Rom.1. v.8.
a *Ro.1. v.9.*
b *Ro. 15. v.29.*
c *Ro.16. v.16.*
d *Ro. 16. v.19.*
e *Act.28. v.30.*
f *1. Pet.5. v. 13.*
Hiero. in ca. script. Eccles. & Euse. 2. hist.c.14.
g *Phil.4. v.3.*
Iren. l. 3. cap.3.
a *Caluinus Inst. l.4.c.2. nu. 3. & in ep. ad Sadol.*

trudunt, nulla narratio post homines natos in Ecclesia valuisse commeminit: & historicos esse meos, & incursiones aduersarias esse frigidissimas, quæ nihil mouere possint, nisi prius receptum sit, omnes omnium temporum Christianos in spissam perfidiam, atque in gehennæ voraginem corruisse, donec Lutherus Boram constupraſſet.

Vide Cod. in an. 1523.

OCTAVA RATIO.

VIII. *Paradoxa.*

EGo verò, præstantissimi viri, cùm de multis hæresibus, quædam apud me opinosissimorum portenta reputo, quæ mihi venient expugnanda: meipsum inertiæ vecordiæque condemnem, scituſquam in experiundo facultatem aut vires extimescere. Sit ingeniosus, sit eloquens, sit exercitatus, sit omnium librorum helluo tamen aridus, & balbus appareat necesse est, cùm hæc tam *adynata* sustentabit. Disputabitur enim, si fortè nobis annuent, De Deo, De Christo, De Homine, De Peccato, De Iustitia, De Sacramentis, De Moribus. Videro an ausint adseuerare quæ sentiunt, quæque rebus addicti necessarijs diuulgant in scriptiunculis. Faxo, norint ista suorum axiomata.

De Dec. a Calu. Inst. l. 1. c. 18. l. 2. c. 4. l. 3. c. 23. & 24. Pet. Mar. in 1. Sam. 2.

Deus est auctor & causa *a* ppeccati, volens, suggerens, efficiens, iubens, operans, & in hoc impiorum scelerata consilia gubernans. Proprium Dei opus fuit, vt vocatio Pauli, sic adulterium Dauidis *a*, Iudæque proditoris impietas. Monstrum hoc, cuius Philippum aliquando puduit, Lutherus *b* tamen à quo Philippus hauserat, quasi oracullum cæleste miris extollit laudibus, & alumnum suum eo nomine tantum non exæquat *b* Apostolo Paulo. Percontabor etiam quid animi Luthero fuerit, quem Angli *d* Caluiniani verum diuinitus datum ad orbem illuminandum pronunciant, cùm hunc versum demeret *a* supplicationibus Eccle-

a Melãct. ann. in c. Ro. 8. Vvittem. 1524. b Sic docet Luth. in asser. 36. & in reso. asser. 36. & in l. de serv. arbitrio. c Lutherus Præfat. in Philip. in epist. ad Roman.

Ecclesiæ, *Sancta Trinitas vnus Deus, miserere nobis.*

Mox ad personam Christi progrediar. Quæram ista sibi quid velint. Christus Dei filius, Deus de Deo, Caluino *b*, Deus ex sese: Bezæ *c*, non est genitus de Patris essentia. Item, Duæ constituantur in Christo vniones hypostaticæ *d*, altera animæ cum carne, Diuinitatis cum Humanitate altera. Locus apud Ioannem, *Ego & Pater vnum sumus.* Non ostendit ad Christum Deum homoousion *a* Deo Patri. Sed & *anima mea*, inquit Lutherus *b*, *odit hoc verbum homoousion.* Pergite. Christus ab infantia non fuit gratia consummatus *c*, sed animi dotibus velut cæteri homines, adoleuit, vsu factus quotidiè sapientior, ita vt puerulus *d* ignorantia laborarit. Quod perindè est, ac si dicerent originis labe, & vitio sordidatum. Sed cognoscite diriora Christus cùm orans in horto, sudoribus aquæ manaret & sanguinis, sensu damnationis æternæ cohorruit *a*, vocem edidit sine ratione, sine spiritu, vocem doloris impetu repentinam *b*, quam, vt non satis mediatam, celeriter castigauit. Estne aliquid ampliùs? Attendite. Christum cùm actus in crucem exclamaret, *Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me*, accensus est flammis *c* inferni, desperationis vocem emisit *d*, non aliter affectus, quàm si pereundum ei foret internecione sempiterna: His etiam si quid possunt, addant. Christus inquiunt, descendit ad inferos, id est, Mortuus gehennam gustauit *a*, nihilo minùs quam animæ damnatorum, nisi quòd sibi restituendus erat. Quandoquidem enim morte corporea nihil nobis profuisset *b*, anima quoque luctari

d *In Apol. Eccl. Angl.*

a *Vide enchir. prec. an. 1543. De Christo.*

b *Calu. Inst. l. 1. c. 13. num. 23. 24.*

c *Be. in Hesbu.*

d *Beza contra Schmidel. lib. de vnit. hypost. a. dua. in Christ. nat.*

a *Calu. in Ioan. 10. v. 30.*

b *Luth. contr. Latom.*

c *Buce. in*

r 2

Lu. 2. Cal. in har. eu. d 1. *Luc. Loss. Hen. Melan. in Eu. do. 1. post Epi.* a *Marlorat. in Matt. 26.* b *Calu. in Har. Euang.* c *Brent. in Luc. par. 2. ho. 65 & in Cathec. an. 1551. & in Io. hom. 54.* d *Cal. in Harm. Euã. in eandẽ sent. Loss in Mat. 26.* a *Schmidel. tonc. de pass. & cœna domini Aepinus com. in ps. 16.* b *Cal. Inst. lib. 2. c. 16. num. 10, 11. Bren. in Catech. an. 1551.*

luctari cum morte debuit æterna, atque hoc modo nostrum scelus suppliciumque dependere. Ac ne quis fortè suspicetur istud Caluino per incuriam obrepsisse, idem Caluinus omnes vos, *si qui doctrinam istam solatij plenam exagitastis, perditos* a appellat *nebulones*. Tempora, tempora cuiusmodi monstrum aluistis? Cruor ille delicatus & regius, qui de innocentis Agni corpore lacerato fistoque scaturijt, cuius cruoris vna quæuis guttula, propter dignitatem Hostiæ, mille mundos redimere potuisset, nihil humano generi profecit, nisi *mediator Dei, & hominum* b *homo Christus Iesus* c *mortem* quoque *secundam*, mortem animæ, mortem gratiæ, peccati solius, & exitiabilis blasphemiæ sociam pertulisset? Præ hac insania modestus videbitur Bucerus, quanquam est impudens, qui infernum in symbolo *a*, sepulchrum accipit, per Epexegesin valdè præposteram, ac potiùs Tautologiam ineptam, atque stolidam. Anglicani sectarij, pars Caluino, Idolo suo, pars Bucero, magno magistro solent accedere: pars etiam submurmurant in hunc articulum, ne quid faceßat vltrà molestiæ, quemadmodum sine tumultu penitùs eximatur de Symbolo. Id verò etiam fuisse tentatum in conuenticulo quodam Londinensi, memini narrare mihi qui interfuit Richardum Chenium, miserimum senem, male mulctatum à latronibus foris, neque tamen ingressum in paternam domum. Hactenus de Christo.

a *Calu. Inst. lib. 2. c. 16. nu. 12.*
b *1. Ti. 2. v. 5.*
c *Apo. 2. v. 11.*
a *Buterus in Matth. cap. 26. De Homine.*
a *Illyri. in varijs l. de ori. pec. Sarcer. de conf. ve. Eccles. AEpin. de imb. & pecc. Sanct. Kemn. con. cens. Col.*
a *Cal. l. 4. Inst. c. 15. nu. 10. 11. De peccato.*

De Homine *a* quid? Imago Dei penitùs in homine deleta est, nulla boni scintilla superstite: tota natura quoad omnes animæ partes ita funditus euersa, vt ne renatus quidē, & sanctus quicquam sit aliud intrinsecus, nisi mera corruptio *a*, atque contagio. Quorsum ista? Vt qui sola fide gloriam rapturi sunt, in omnium turpitudinum cœno volutati, naturam accusent, virtutem desperent, præcepta deonerent.

Huc Illyricus, Magdeburgensium Primipilus, illud suum

ſuum adiecit immane placitum de originis peccato, quod eſſe vult, Intimam ſubſtantiam animarum *b*, quippe quas, poſt Adami lapſum, Diabolus ipſe procreet, & in ſeſe transformet. Hoc quoque tritum eſt in hac fece, omnia peccata eſſe paria *a*: ſed ita (ne Stoici reuiuiſcant) ſi Deo iudice ponderentur. Ac ſi Deus æquiſsimus iudex, oneri noſtro cumulum potiùs, quàm leuamentum faceret, & id quod non eſt in re, cum ſit ipſe iuſtiſsimus, exaggeraret. Hac trutina, non leuiùs in Deum ſeueriſsimè iudicantem deliquerit ille caupo qui gallum gallinaceum, quando non eſt opus, occiderit, quam infamis ille ſicarius, qui plenus Beza, Gallum Heroa Guiſium, admirabili virtute principem, diſploſa fiſtula clanculum interemit; quo facinore nihil vidit orbis noſter ætate noſtra funeſtius, nihil luctuoſius.

Sed fortaſſe, qui tam ſunt in peccati conditione tetrici, magnificè philoſophantur de diuina gratia, quæ huic malo ſuccurrere ac mederi poſsit. Præclaras verò iſti partes aſsignant gratiæ, quam neque infuſam cordibus noſtris, neque ad reſiſtendum ſceleribus validam eſſe latrant, ſed extra nos in ſolo Dei fauore *a* collocant: qui fauor non emendet impios, nec purget, nec illuminet, nec ditet, ſed veterem illam ſentinam adhuc manantem, atque fætentem, ne deformis, & odioſa putetur, Deo conniuente, diſsimulet. Quo ſuo plaſmate tantoperè delectantur, vt ne Chriſtus quidem aliter apud illos *b* gratia plenus, & veritate dicatur, quàm quòd ei Deus Pater mirandum in modum fauerit.

Quæ res ergo iuſtitia eſt *c*? Relatio. Non enim ex Theologicis concinnata virtutibus Fide, Spe, Charitate, quæ animam ſuo nitore conueſtiant, ſed tantum occultio delicti, quam qui ſola Fide prehenderit, ille

b *Illyri. in vari. l. de pec. origi. vide Hesbuſiũ in ep. ad Illyr. An peccatum ſit ſubſtantia.*

a *Calu. in Antidot. Conc. Trid. Idẽ docuerat Vviclef. apud Vval. li. 2 de Sacr. c. 154. De Gratia.*

a *Luth. in Reſp. contra Louã.*

b *Buce. in Io. 1. Vvall. in nata. Chriſti.*

Bren. hom. 12. in Ioan. Cent. l. 1. cap. 4.

De iuſtitia c Hesbuſius Iuſtif. in reſp. ad 115. obiect. Illyric. in Apol. confeſſ. Antuer. c. 6 de Iuſtif.

a Calu. l. 3. Inst. c. 2 nu. 28. & 42.
b Matt. 12. v. 45. Luc. 11. v. 26.
c Calu. Inst. l. 3. c. 2. n. 40
a Lutherus l. de ca. Babyl. De Sacramentis.
a Calu. Inst. l. 4. c. 15. nu. 2. & 10.
b Cal. l. 4. Inst. c. 15. n. 7. Cent. 1. l. c. 10.
c Luth. l. de ca. Bab.
d Magdeburg. Cēt. 1. & 5. c. 4
a Luth. aduersus Cochl. Item epist. ad Melanct.

tam de salute certus est, ac si iam pridem interminato cœli gaudio *a* frueretur.

Agè, somniet hoc: sed vnde constare poterit de futura perseuerantia, qua qui caruit *b*, exiuit infelicissimus, licèt ad tempus purè, pieque Iustitiam coluisset? Imò verò hæc tua Fides, Caluinus *c*, ait, nisi tuam tibi perseuerantiam firmè prænunciet, vt allucinari nequeas, tanquam inanis & languida sperneretur. Agnosco discipulũ Lutheri. Christianus, inquit *a* ille, etiã volens, non potest salutem perdere, nisi nolit credere.

Ad Sacramenta festino. Nullum, nullum, non duo, non vnum, ô Sancte Christe! reliquerunt. Ipsorum quippe panis, venenum est. Baptismus, etsi adhuc verus est, tamen ipsorum iudicio nihil est, non est vnda salutaris, non est canalis gratiæ, non deriuat in nos Christi merita, sed significatio dumtaxat *a* salutis est.

Itaque nihilo pluris Baptismum Christi quoad naturam rei: quam Ioannis *b* fecere cæremoniam. Si habeas rectè: si careas, nihil damni: crede, saluus es *c* antequàm abluare. Quid ergo paruuli, qui nisi iuuentur virtute Sacramenti, sua Fide miselli nihil assequuntur? Potiùs quàm Sacramento Baptismatis quicquam tribuamus, inquiunt *d* Magdeburgici, demus inesse Fidem ipsis ipsis infantulis, qua seruentur, cuius Fidei pulsus quosdam abditos intelligant ipsi, qui viuant necne, nondum intelligunt. Durum. Si hoc adeò durum est, Lutheri pharmacum auditote. Præstat, inquit, omittere *a*, quandoquidem nisi credat infans, nequicquam lauatur, Hæc illi quidem ancipites animo, quidnam enuncient categoricè. Ergo Balthasar Pacimontanus, diribitor interueniat: qui parens Anabaptistarum, cum paruulis motum Fidei non posset affingere, Lutheri cautiunculam approbauit, & pædobaptismum eijciens è templis, neminem, nisi adultum fonte sacro decreuit abluere. Ad reliqua Sacramenta quod

ta quod attinet, quamuis illa bestia multiceps a horrendas eiectet contumelias, tamen quia quotidianæ iam sunt, & callum auribus obduxerunt, hic prætereo.

Restant Hæreticorum de vita, & moribus frustra nocentissima, quæ Lutherus euomuit in chartas, vt ex vnius pectoris impuro gurgustio pestem lectoribus inhalaret. Audite patienter, & erubescite, & mihi date veniam recitanti. Si nolit vxor a, aut non possit, veniat ancilla. Siquidem res vxoria tam b est cuique necessaria, quàm esca, potus, somnus, Matrimonium c multo præstantius. Eam Christus eam Paulus dissuaserunt hominibus Christianis. Sed hæc fortasse propria Lutheri sunt. Non sunt. Etiam nuper à meo Charco e, sed miserè, timideque defenduntur. Vultis ne plura? Quid ni? Quantò f sceleratior es, inquit, tantò vicinior gratiæ. Omnes actiones bonæ peccata sunt, Deo iudice a, mortifera? Deo propitio, leuiuscula. Nemo malum suapte b voluntate cogitat. Decalogus nihil c ad Christianos. Opere nostra Deus d nequaquam curat. Soli rectè participant cœna dominica, qui tristes, afflictas, perturbatas, confusas, erraticas, apportant e conscientias.

Confitenda crimina sunt, sed cuilibet, qui si te vel ioco absoluerit, modo credideris f, absolutus es. Legere preces horarias non est sacerdotum, sed Laicorum. Christiani liberi b sunt à starutis hominum. Satis superque lacunam istam commosse videor. Iam finio. Nec verò puteis iniquiorem esse me, qui Lutheranos, & Zuinglianos promiscuè coarguerim. Nam isti memores à quo proseminati sint inter se fratres & amici volunt esse c, adeoque grauem interpretantur iniuriam, cùm in vlla re præter vnam discriminantur.

Equidem non sum tanti, vel vt mediocrem locum

a Apoc. 13. v. 1. De moribus.

a Luth. serm. de Matri. b Idem in lib. de vit. coniugali. c Idem in asser. art. 16. d Idem li. de vo. mo. d Char. l. in Consorem suum, f Luth. sermo de pis. Pet. a Luth. in Asser. art. 32. b Idem li. de ser. arb. c Idem serm. de Moyse. d Idem l. de ca. Ba. c. de Euc.

Idem in fine eiusdē cap. f Idē in asser. art. 12. & 13. a Idem de c. Ba. in t. de ordi. b Idē de ca. Ba. ca. de bapt. c Apolo. Eccl. Angl.

mihi sumam in selectis Theologis, qui hodie bellum hæresibus indixere: sed hoc scio, quantuluscunque sum periclitari me non posse, dum Christi gratia fultus aduersum talia commenta, tam inuisa, tam insulsa, tam bruta, cœlo terraque iuuantibus, præliabor.

NONA RATIO.

IX. *Sophismata.*

SCitum est, inter cæcos luscum regnare posse. Apud rudes valet sæpe fucata disputatio, quam schola Philosophorum exsibilat. Multa peccat aduersarius in hoc genere: sed quatuor fallacijs plerumque consuitur, quas in Academia malim, quàm in trivio retexere.

Sciamachia. 1. Cor. 7.

Primum vitium, *Sciamachia* est, quæ auras, & umbras magno conatu diuerberat. Hoc pacto: Contra cœlibes iuratos, & votos in castimoniam, quòd nuptiæ bonæ sint, virginitas melior: afferuntur scripturæ loquentes honorificè de coniugio. Quem feriunt? Contra meritum hominis Christiani, tinctum Christi sanguine alioqui nullum, promuntur testimonia, quibus iubemur, nec naturæ, nec legi, sed sanguini Christi fidere. Quem refellunt? In eos qui colunt cælites, vt famulos Christi maximè gratiosos, citantur integræ pagellæ, quæ vetant colere multos Deos. Vbinam sunt? Huiusmodi argumentis, quæ apud hæreticos infinita reperio, nobis esse detrimento non poterunt, vobis esse fastidio poterunt.

Logomachia.

Aliud vitium *Logomachia* est, quæ sensa deserens, loquaciter cum verbo litigat. *Inuenias mihi Missam*, inquiunt, *aut Purgatorium in scripturis.* Quid ergo? Trinitas, *Homoousios*, Persona, nusquam sunt in Biblijs, quia voces istæ non sunt? Affine est huic peccato, literarum aucupium, quùm neglecta consuetudine, & mente loquen-

loqueutium, quæ vita vocabuli est, aduersus elementa contenditur. Nempè sic aiunt: *Presbyter, nihil est Græcis aliud nisi senior. Sacramentum, quod uis mysterium.*

Cæterùm acutè D. Thomas, vt omnia: In vocibus, inquit videndum non tam ex quo, quàm ad quid, sumuntur. *1. par. q. 13. art. 2. ad 2. arg.*

Tertium, *Homonymia* est, longè lateque patens. Vt: *Quorsum ordo sacerdotum, cùm Ioannes a omnes nos vocauerit sacerdotes?* Etiam hoc addidit. *Regnabimus super terram.* Quorsum ergo Reges? Item: *Propterea celebrat ieiunium spiritale b hoc est, ab inueteratis criminibus abstinentiam. Valeat ergo ciborum delectus, & dierum præscriptio.* Siccine? Igitur insanierunt Moyses, Dauid, Helias, Baptistes, Apostoli, qui biduo, triduo, vel hebdomadis inediam terminarunt, quæ quidem vt à crimine, debebat esse perpetua. Hoc quale sit iam vidistis. Propero. *Homonymia.* a *Apoc. 5. v. 10.* b *Isai. 58. v. 6.*

Quartum his adijcitur Circulatio, in hunc modum: Da mihi notas, inquàm, Ecclesiæ. *Verbum Dei, & purissima Sacramenta.* Hæccine sunt apud vos? *Quis dubitet?* Ego verò pernego. *Consule verbum Dei.* Iam consului, minusque vobis, quam antè, faueo. *Ah tamen plànum est.* Proba mihi *Quia nos ne latum quidem vnguem discedimus à verbo Dei.* Vbi est acumen tuum? sempérne capies pro argumento, illud ipsum quod ponitur in quæstione? Quoties hoc iam inculco? Num tu euigilas? Num faces admouendæ sunt? Dico, à te perperam exponi verbum Dei: testes habeo quindecim ætates: sta sententiæ, non meæ, non tuæ, sed harum omnium. *Stabo sententiæ verbi Dei: Spiritus vbi vult, spirat.* Eccum quos gyros, quas rotas fabricat? Hic nugator, tot verborum, atque sophismatum Architectus, nescio cui formidolosus esse queat, molestus erit fortasse. Molestiam vestra prudentia subleuabit, formidinem res eripuit. *Circulatio.* *Ioan. 3. v. 8.*

DECIMA RATIO.

X. Omne genus Testium. Isa. 35.

HAEc erit vobis directa via a, ita vt stulti non errent per eam. Quis enim, quamuis hebes in plebecula, dummodo salutis cupidus parumper attenderit, semitam Ecclesiæ tam egregiè complanatam, non videat, non teneat, vepres, & cautes, & auia detestatus? Erunt hæc etiam rudibus explorata, sicut Isaias vaticinatus est, vobis igitur, si voletis explora-tissima.

Cælites. a Aug. ser. 37. de Sanct. a Dam. in vit. Pont. b Hier. in cat. script. a Igna. in ep. ad Smyr. b Eus. l. 3. c. 30. c Dam. in vit. Telesf. Tom. 2. con. &c. stat. d. 4. d. Iren. l. 3. c. 3. e Euseb. 5. hi. 14.

Theatrum vniuersitatis rerum ponamus ob oculos: quicquid est vspiam, peragramus: omnia nobis argumentum suppeditant. Eamus in cælum: Rosas & lilia a contemplemur: purpuratos nempe martyrio, candidatos innocentia. Romanos, inquam, Pontifices a tres & triginta continenter occisos: Pastores terris omnibus, qui suum pro Christi nomine sanguinem oppignerarunt: Greges fidelium, qui Pastorum vestigijs institere: Diuos omnes cœlites, qui turbæ hominum, puritate & sanctimonia præluxere. Nostros hîc vixisse, nostros hinc emigrasse reperias. Noster fuit, vt paucula delibemus, ille martyrij sitientissimus Ignatius b, qui in rebus Ecclesiæ neminem, ne regem quidem a æquauit Episcopo: qui traditiones quasdam Apostolicas, quarum testis ipse fuerat, ne dilaberentur, scripto b mandauit. Noster Anachoreta Telesphorus, qui ieiunium Quadragesimæ sancitum ab Apostolis obseruari c seueriùs iussit. Noster Iræneus, qui à successione Cathedraque Romana, fidem d Apostolicam, declarauit. Noster Victor Pontifex, qui Asiam edicto e coërcuit vniuersam: quòd cum aliquibus, atque etiam huic Irenæo viro sacratissimo videretur asperiùs, nemo tamen atte-

attenuauit vt exoticam poteſtatem. Noſter Polycarpus qui ſuper quæſtione *a* Paſchatis Romam adijt, cuius ambuſtas reliquias, Smyrna collegit, anniuerſario die rituque legitimo *b*, ſuum Epiſcopum venerata. Noſtri Cornelius, & Cyprianus, aureum par Martyrum, ambo magni præſules, ſed maior ille qui Romanus Africanum errorem *c* reſciderat, hîc nobilitatus obſeruantia, qua maiorem eſt proſequutus amiciſsimum ſui. Noſter Sixtus, cui ad aram ſolemnibus ſacris operanti *a*, miniſtrarunt è clero ſeptemuiri. Noſter Laurentius huius Archidiaconus *b*, quem aduerſarij de ſuis faſtis eijciunt, quem ante mille ducentos annos vir Conſularis Prudentius *c* ſic orauit.

Quæ ſit poteſtas credita.
Et muneris quantum datum,
Probant Quiritum gaudia,
Quibus rogatus annuis.
Hos inter, ô Chriſti decus,
Adi & Poëtam ruſticum,
Cordis fatentem crimina
Et ſacta prodentem, ſua.
Audi benignus ſupplicem
Chriſti reum Prudentium.

Noſtræ virgines illæ perbeatæ *a*, Cecilia, Agata, Anaſtaſia, Barbara, Agnes, Lucia, Dorothea, Catherina, quæ decretam pudicitiam aduerſus & hominum, & dæmonum tyaannidem firmauerunt. Noſtra Helena quam Dominicæ crucis inuentio *b* celebrauit. Noſtra Monica, quæ moriens orari & ſacrificari pro ſe mortua *c* ad altare Chriſti religioſiſsime flagitauit. Noſtra Paula *d*, quæ ex vrbano palatio, & opimis prædijs in ſpeluncam Bethleemiticam tantis itineribus peregrina cucurrit, vt ad Chriſti vagientis cunabula deliteſceret. Noſtri Paulus, Hila

a *Euſeb. 4. hi. c. 13.*
b *Euſ. 4. hiſt. c. 14. Suidas.*
c *Euſ. 7. hiſt. 2. interp. Ruff.*
a *Prud in hym. de S. Laurent.*
b *Vide Auguſt. ſer. 1. de S. Laurent. Ambr. l. 1. off. c. 41 l. 2. off. c. 28. Leo ſer. in die S. Lau.*
c *Prud. in hym. de S. Laur.*
a *Metaphraſtus. Ambr. ſer. 90. To. 3. & lib. 1. de Virg. Ado. Tre. in martyr.*

b *Ruff. l. 1. c. 6. c. Aug. l. 6. confeſſ. c. 7. vſque ad 11.* d *Hier. in epit. Paul.*

a Hier. in cap. script.
b Atha. in vita S. Ant.
c Ambr. in ora. fu. de Satyro
d Ioan. Diacon.
e Seuer. Sulpit. Metaph.
f Greg. l. 2. dial.
a Vide sex Tomos Surij de vita Sanct.
Damnati.
a Matt. 16. v. 18.
Iudæi.
b Eus. 4. hist. 5.
c Hier. in epit. Paul. in epist. ad Marcel. & passim. in epist.

Hilarion a, Antoninus b, seniculi solitarij. Noster Satyrus c, Ambrosij germanus frater, qui tremendam illam hostiam circum se gestans in orario, naufragus insilijt in Oceanum, & fide plenissimus enatauit. Nostri Nicolaus d, & Martinus e Episcopi, exerciti vigilijs, paludati cilicijs, ieiunio pasti. Noster Benedictus f, tot Monachorum pater. Chiliadas istas decennio non exequerer. Sed nec illos repeto, quos in Ecclesiæ doctoribus antè posueram. Memor sum breuitatis meæ. Petat ista qui volet non solùm ex abundanti veterum historia, sed multò etiam magis ex grauissimis auctoribus, qui penè singuli Diuos singulos memoriæ reliquerunt. Renunciet mihi de Christianis illis antiquissimis & beatissimis, quid autumet, vtrius doctrinæ fuerint. Catholicæ, an Lutheranæ. Testor Deiforum, & illud tribunal ad quod stabo rationum harum & dicti & facti redditurus, aut nullum cælum esse, aut nostrorum esse. Illud execramur, hoc ergo defigimus.

Nunc è contrario, si libet, inspiciamus in Tartara cremantur incendio sempiterno; qui? Iudæi: quam Ecclesiam aduersati? nostram: qui? Ethnici: quam Ecclesiam crudelissimè persequuti? nostram: qui? Turci, quæ templa demoliti? nostra. qui? Hæretici: cuius Ecclesiæ perduelles? nostræ. Quæ enim Ecclesia præter nostram, omnibus inferorum portis a se opposuit?

Cùm, pulsis Hebræis, Christiani b succresterent Hierosolymis Deum immortalem! qui concursus hominum ad loca sacra fuit c, quæ vrbis religio, quæ sepulchri, quæ præsepij, quæ crucis, quæ monumentorum omnium, quibus velut exuuij mariti Ecclesia sponsa delectatur? Hinc manauit in nos Iudæorum odium ferum, & implacabile. Quæruntur etiam nunc maiores nostros maioribus suis exitio fuisse. A Simone Mago, & Lutheranis nullum ictum acceperunt.

In

In Ethnicis violentissimi fuere, qui toto Imperio, trecentis annis, per interualla temporum, ærumnosissima Christianis supplicia machinati sunt. Quibus? Patribus & filijs nostræ fidei. Cognoscite vocem Tyranni qui Diuum Laurentium torruit in craticula. *Ethnici.*

Hunc esse vestris Ordijs
Moremque & artem proditum est,
Hanc disciplinam fœderis,
Libent vt auro antistites.
Argentei schyphis ferunt,
Fumare sacrum sanguinem,
Auroque nocturnis sacris,
Astare fixos cereos.
Tunc cura summa est fratribus,
(Vt sermo testatur loquax)
Offerre, fundis venditis,
Sestertiorum millia.
Addicta auorum prædia
Fœdis sub auctionibus
Successor exhære, gemit.
Sanctis egens parentibus.
Hæc occuluntur abditis
Ecclesiarum in angulis:
Et summa pietas creditur
Nudare dulces liberos.
Deprome thesauros, malis
Suadendo quos præstigijs
Exaggeratos obtines,
Nigrante quos claudis specu.
Hos poscit vsus publicus.
Hoc fiscus, hoc ærarium,
Vt dedita stipendijs
Ducem iuuet pecunia.
Sic dogma vestrum est, audio,
Suum quibusque reddito,
En Cæsar agnoscit suum

Prudent. in hym. de S. Laur.

Numisma, numis inditum.
Quod Cæsaris scis, Cæsari
Da: nempe iustum postulo,
Nì fallor, haud vllam tuus
Signat Deus pecuniam.
Nec eùm veniret, aureos
Secum Philippos detulit,
Præcepta sed verbis dedit
Inanis à marsupio.
Implete dictorum fidem,
Quæ vos per orbem venditis
Nummos libenter reddite,
Estote verbis: diuites.

Quis videretur? In quos furit? Cuius Ecclesiæ sacra, lychos, ritus, ornamenta conuellit? Cui patellas aureas, & argenteos calices, & sumptuosa donaria, & opulentam gazam inuidet? Profectò Luterizat. Quod enim aliud velum suo latrocinio nostri Nerones *a* obtenderent, cùm depecularentur Ecclesias, & Christi patrimonium dissiparent? Contra verò Magnus ille Constantinus *Christomastigῶn* terror, quam Ecclesiam tranquillauit? Illam, cui Pontifex Syluester præfuit, quem in Soracte latitantem accersit, vt eius opera, nostro Baptismate tingeretur. Quibus auspicijs victor? signo *b* crucis. Qua matre gloriosus? Helena. Quibus se Patribus adiunxit? Nicænis. Cuiusmodi? vt Syluestro, vt Marco, vt Iulio, vt Athanasio, vt Nicolao. Cuius se precibus commendauit *c*? Antonij. Quam sellam postulauit in *d* synodo? vltimam. O quantò regalior hac sede, quam qui reges titulum non debitum ambierunt? Singula narrare longum est. Sed ex his duobus, altero nobis infestissimo, altero nobis amicissimo, licebit singula conijcere, quæ sunt horum similima. Etenim vt nostrorum illa fuit Epitasis turbulente, sic nostrorum hæc euasit diuina Catastrophe.

Turcica videamus: Mahometes, & Sergius *a* monachus

a Gen. 10. v. 9.

a Dam. in Sylu. Nice. l. 7. ca. 33. Zonaras. Cedrenus.

b Eus. l. 2. de vit. Const. c. 7. 8. 9.

c Atha. in vita S. Antonij.

d Theo. l. 1. hist. cap. 7.

nachus apostata, in profundo barathro iacent vlulantes,& suis & posterorum sceleribus onusti. Hæc portentosa, & efferata bellua, Saraceni, Turci, nisi à nostris ordinibus militiæ sacræ *a*, nisi à nostris Principibus & populis accisa fuisset ac repressa, per Lutherum quidem (cui gratias hoc nomine Solymanns Turcus literis egisse dicitur) & per Lutheranos regulos (quibus Turcorum progressio lætabilis existimatur) hæc inquam, *Erinnys* furiosa, & exitiosa mortalibus, totam iam depopularetur & vestaret Europam,neque indiligentius altaria, & signa crucis,quàm ipse Caluinus euerteret. Ergo nostri hostes illi sunt proprij, vtpote nostrorum industria,à Christianorum iugulis repulsi.

Despectemus in Hæreticos, feces, & folles & alimenta gehennæ. Primus occurrit Simon Magus: Quid ille? Eripiebat homini liberam *a* voluntatem: solam Fidem *b* percrepabat. Mox Nouatianus: Quis? Antipata Cornelio Pontifici *c* Romano, hostis Sacramentorum Pœnitentiæ & *d* Chrismatis. Deinde Manes Persa: Hic docebat, baptismum saluten. *e* non conferre. Post, Aërianus Arianus: preces damnabat pro mortuis *a*, confundebat Episcopis Sacerdotes. Hinc Aërius, solam *b*, & ipse Fidem personabat cognominatus *Atheos c* non minùs quam Lucianus. Sequitur Vigilantius, qui diuos orari non ferebat: ac Iouinianus *d*, qui virginitatem & nuptias æquiparabat: denique colluuies vniuersa, Macedonius, Pelagius, Nestorius, Eutyches, Monothelitæ, Iconomachi, cæteri, quibus Lutherum & Caluinum posteritas aggregabit. Quid isti? omnes mali corui, eodem ouo geniti, ab Ecclesiæ nostræ Præsulibus desciuerunt, ab illis euicti & exinaniti sunt.

Deseramus Auernum, reddamur terris. Quocumque me oculis, & cogitatione conuertero, siue Patriarchas

Turcas.

a *Zonaras.*

a *Vide Volate, Iouium. AEmilium l. 8. Blond. l. 9. de 2. Hæretici.*

a *Clem. li. 1. recog.*

b *Iren. l. 1. c. 29.*

c *Cyp. epist. ad Iubaiam & li. 4. epist. 2.*

d *Theodor. de fab. hæret.*

e *Aug. hær. 54.*

a *Epip. hær. 75. Augustin. hær. 53.*

b *Aug. hær. 54.*

c. *Socr. lib 2. c. 28.*

d *Hier. in Vig. Augustin. hær. 82, & Hier. in Iou.*

triarchas intueor, & Sedes Apostolicas: siue Antistites cæterarum gentium: siue laudatos Principes, Reges, Cæsares: siue Christianorum cuiusque nationis initia: siue vllum iudicium vetustatis, aut lumen rationis, aut honestatis decus: nostræ Fidei seruiunt & suffragantur omnia.

Sedes Apostolicæ.

Testis Romana successio, *in qua semper Ecclesia,* (vt cum Augustino *a* loquar) *Apostolicæ Cathedræ viguit principatus*: Testes illæ reliquæ Sedes Apostolicæ in quas hoc nomen insignitè conuenit, quòd ab ipsis Apostolis horúmve auditoribus exædificatæ *b* fuerint.

a Aug. ep. 162.

b Vide Tert. de præscr. Aug. l. 2. de doct. Christ. c. 8

Testes vbivis gentium pastores loco disiti, religione nostra concordes, Ignatius, & Chrysostomus Antiochiæ: Petrus, Alexander, Athanasius, Theophilus, Alexandriæ: Macarius, & Cyrillus, Hierosolymis: Proclus, Constantinopoli: Gregorius & Basilius, in Capadocia: Thaumaturgus, in Ponto: Smyrnæ, Polycarpus: Iustinus, Athenis: Dionysius, Corinthi: Gregorius, Nissæ: Methodius, Tyri: Ephreemus in Syria: Cyprianus, Optatus, Augustinus in Africa? Epiphanius in Cypro: Andreas Cretæ: Ambrosius, Paulinus, Gaudentius, Prosper, Faustus, Vigilius in Italia: Irenæus, Martynus, Hilarius, Eucherius, Gregorius, Saluianus in Gallia: Vincentius, Orosius, Hildefonsus, Leander, Isidorus in Hispania? In Britania, Fugatius Damianus, Iustus, Mellitus, Beda. Denique ne ambitiosus videar in nominibus, quæcunquè vel opera, vel fragmenta supersunt eorum qui disiunctissimis terris Euangelium seuerunt, omnia nobis vnam Fidem exhibent, quam hodie, Catholici profitemur. Christe, quid causæ tibi afferam, quò minùs me de tuis exterminés, si tot luminibus Ecclesiæ, tenebricosos homunlos, paucos indoctos, dissectos, improbos, antetulero?

Sedes Apostolicæ.

a Aug. ep. 162.

b Vide Tert. de præscr. Aug. l. 2. de doct. Christ. c. 8

Disiunctissimæ terræ.

Hier. in cat. scri. Eccl. & alij.

Principes.

Testes item Principes, Reges, Cæsares, horumquè Respub-

Reſpublicæ, quorum & ipſorum pietas, & ditionum populi, & pacis, bellique diſciplina, ſe penitùs in hac noſtra doctrina Catholica fundauerunt. Hic ergo quos ab Oriente Theodoſios, quos ab Occidente Carolos, quos Edouardos ex Anglia, Ludouicos è Gallia, Hermingildos ex Hiſpania, Henricos è Saxonia, Vvenceslaos è Boëmia, Leopoldos ex Auſtria. Stephanos ex Hungaria, Ioſaphatos ex India, quos orbe toto dinaſtas, atque toparchas poſsim arceſſere: qui exemplo, qui armis, qui legibus, qui ſolicitudine qui ſumptu, noſtram Eccleſiam nutrierunt? Sic enim præcinuit Iſaias: *Erunt Reges nutricij tui, & Reginæ nutrices tuæ.* Audi Elizabetha, Regina potentiſsima: tibi canit, te tuas partes edocet. Narro tibi: Caluinũ & hos Principes vnũ cœlũ capere nõ poteſt. His ergo te Principibus adiunge, dignã maioribus, dignã ingenio, dignã literis, dignã laudibus, dignam fortuna tua. Solùm hoc de te molior ego, & moliar, quicquid me fiet, cui tanquàm hoſti capitis tui, toties iam iſti patibulum ominantur. Salue bona crux. Veniet Elizabetha, dies ille, ille dies, qui tibi liquido commonſtrabit, vtri te dilexerint, Societas Ieſu, an Lutheri progenies. Pergo.

Vide ſex. To. Surij de Sanct.

Iſa. 49. v. 23.

Teſtes iam omnes oræ plagæque mundi, quibus Euangelica tuba poſt Chriſtum natum inſonuit. Parúmne hoc fuit, Idolis ora claudere, Dei regnum gentibus importare? Chriſtum Lutherus, Catholici Chriſtum loquimur. Num diuiſus eſt Chriſtus? minimè. aut nos, aut ille falſum Chriſtum loquimur: Quid ergo? Dicam. Chriſtus ille ſit, & illorum ſit, quo Dagon inuecto ceruices fregerit. Noſter Chriſtus opera noſtrorum vti voluit, cùm Ioues, Mercurios, Dianas, Phœbades, & illam noctem ſæculorum atram, Erebumque triſtem, è tot populorum cordibus relegaret. Non eſt otium longinqua perquirere: Finitima tantum, atque domeſtica ſpeculemur. Hiberni ex Patritio, Scoti ex Palladio, Angli ex Auguſtino, Romæ

Nationes ad Chriſtum traductæ.

1. Cor. 1. v. 13.

1. Reg 5. v. 4.

sacratis, Roma missis, Romam venerantibus Fidem, aut nullam, aut certè nostram, id est, Catholicam insuxerunt. Res aperta. Curro.

Cumulus testium. Testes Academiæ, testes legum tabulæ, testes vernaculi mores hominum, testes electio Cæsarum, & inauguratio, testes regum ritus & inunctio, testes equitum ordines, ipsæque chlamydes, testes funestræ, testes numi, testes vrbanæ portæ domusque ciuicæ, testes auorum fructus, & vita, testes res omnes, & reculæ, nullam in orbe religionem nostram, imis vnquam radicibus insedisse.

Quæ mihi cùm suppeterent, & certè sic affluerent meditantem, vt his omnibus nuncium remittere Christianis, & consociari cum perditissimis quibusque, videretur insolentis insaniæ: non diffiteor animatus sum & incensus ad conflictum, in quo nisi Diui de cœlo deturbentur, & superbus Lucifer cœlum recuperet, cadere nunquam potero. Quò mihi sit æquior Charcus: qui me tam immaniter concerpit, si hanc animulam peccatricem, quam tanti Christus emit viæ tutæ, viæ certæ, viæ regiæ malui credere quàm Caluini scopulis dumetisve suspendere.

CONCLVSIO.

HAbetis à me, florentes Academici, hoc munusculum, contextum operis in itinere subciuis. Animus fuit & purgare me vobis de arrogantia, & satisfacere de fiducia, & interim dum ab aduersarijs vna mecum ad scholas inuitemini, quædam apponere degustanda. Si æquum, si tutum, si honestum ducitis, haberi Lutherum, aut Caluinum, Canonem Scripturæ, Mentem Sancti Spiritus, Normam Ecclesiæ, Conciliorum, Patrumque Pædagogum, omnium denique

denique testium & sæculorum Deum, nihil est quod sperem, vobis lectoribus vel auditoribus. Sin estis ij, quos apud animum formaui meum, Philosophi, oculati, amatores veri, simplicitatis, modestiæ: hostes temeritatis, nugarum, sophismatum facilè diem in aprico videbitis, qui dieculam angusta rima dispicitis. Dicam liberè, quos meus in vos amor, & vestrum periculum, & rei magnitudo postulat. Non hoc nescit Diabolus, vos istam lucem, si quando cæperitis oculos attollere, conspecturos. Cuius enim stuporis fuerit, antiquitati Christianæ Hammeros & Charcos anteponere? Sed sunt quædam illecebræ Lutheranæ, quibus suum ille regnum amplificat, quibus ille tendiculis hamatus multos iam vestri ordinis inescauit. Quænam? Aurum, gloria, deliciæ, veneres. Contemnite. Quid enim aliud ista sunt, nisi terrarum ilia, canorus aër, popina vermium, bella sterquilinia? spernite. Christus diues est, qui vos alet. Rex est, qui ornabit: Lautus est, qui satiabit: Speciosus est, qui felicitatum omnium cumulos largietur. Huic vos adscribite militanti, vt cum eo triumphos, verè doctissimi, vereque clarissimi reportetis. Valete.

Cosmopoli. 1581.

FINIS.

NARRATIO DE MORTE, QVAM IN ANGLIA PRO FIDE ROMANE CATHOLICA Edmundus Campianus Societatis IESV Pater alijq; duo constanter oppetierunt, ex Italico sermone facta Latina

à

ROBERTO TVRNERO Catholico lectori, maximè fideli in Anglia afflicto.

CVm ex verbis, quasi medijs tenebris eorum, qui effreni quadam audacia conantur religionis sanctitates omnes perfringere, emicet veritatis quædam lux, nostramque imbecillitatem sustineat, ne procliuius labatur in errores, quibus multorum hodie acies perstringuntur, aut verius hebetantur: facilè videtis (Charissimi in Christo) non solùm

solùm quàm verè dixerat Propheta, dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat scientiam: sed etiam quàm aptè perstrinxerat Cyprianus perinsignem stuporem illorum: qui nec cogitant, nec intelligunt, mendacium diu non posse fallere: nam cum perditionis filiorum pater Caluinus, proiecta quadam audacia deriuet in Catholicos inuidiam religionis contemptæ, quòd fidem suam sanguine nolint vnquam consignare; Deus ad hanc refellendam contumeliam supra illa examina Martyrum, qui in nati Euangelij quodam crepusculo vestram fidem, quasi legem, sanguine suo sanxerant, voluit quoque his extremis temporibus enitere veritatis rationem in morte Patris Edmundi, suorumque sociorum constanter oppetita pro illa fide quam vos tenetis: cuius lectione lenietis desiderium, quod vobis excito aureoli libelli paulò pòst ædendi, qui diuite vberique filo explicabit non solum genera crudelitatum, quibus, intra decem & octo annorum cancellos, hæretici sæuierunt in Catholicos plurimis, maximis; sed etiam exempla pietatis, constantiæ, roboris, quæ ex medijs Catholici gregis afflicti procellis excitauit rarissima & excellentissima, ad consolationem Ecclesiæ suæ, atque ad eorum; qui Ecclesiam oppugnant, insigne probrum: qui nunquam putârunt, fore, vt tanta in Catholicis luceret constantia, obliti illius vocis, quam miserat Iesus Christus, *si tacerent homines, locuturas petras.* Deus noster vobis augeat indies constantiam ad harum vexationum & perferendas molestias, & superandas procellas.

Hæreticî nunquam crediderunt tantam fore Catholicorum constantiam.

GEorgius Eliottus (qui Thomæ prius Roppero, ac paucis pòst mensibus viduæ Gulielmi Peëters, regis quondam à secretis, in rebus domesticis nauabat operam) mentitus longo tempore Catholicum, alieno tandem sanguine crudeliter se perleuerat: timor mortis sceleri propositæ fecit, vt se traderet in clientelam cuidam magnæ authoritatis viro: in

cuius se pectus vt insinuaret altius, promittit, fore sua opera, vt Edmundus Campianus Societatis Iesu Pater illi in potestatem veniret: placebat negotium mirificè adiungitur ergò socius ex genere hominum mirè vafro, qui edicta regia ædunt in vulgus: vt res nectatur securius, & huic & illi fit potestas à regina capiendi Campianum, vt totum geratur authoritate publica liberiùs: promissa sunt larga, vt animi sint magni in re tanti fructus. spe illi & dolo pleni ingrediuntur viam, veniunt in Barkensem prouinciam: diuertunt ad Yates nobilem inter cocum & hunc Georgiũ (vni enim hero vterq; anteà seruierant seruitutem liberalem) post cõplexum & dexteram, sermo tandem (vt in primo congressu res seritur ex re) de multis & varijs fit multus & varius: inter reliqua coco nihil suspicanti doli excide-rat de Patre Campiano id temporis præsente. Georgius ipso punctulo summittit socium, qui hoc indicaret præfecto loci, egregiè Caluinizanti: ipse interea falsa specie religionis & amicitiæ consequitur, vt tanquam Iudas, surrepat in missam & concionem, quarum illam procurabat, hanc habebat P. Campianus in illa verba, *Ierusalem, Ierusalem. quoties volui congregare filios tuos, &c.* in media concione accurrit boni animi vir, monetque alta voce demosticos, caueant à Iuda: finita concione, vix se receperant, in suam quisque domum; & eccum tibi præsto Præfectum cum manu, cuius maximam partem locârat circum ædes, ne quis pateret fugæ locus: perquiruntur anguli, latebræ exquisitissima diligentia: dum Pater vel timetur elapsus, vel non speratur capiendus, discessum fuisset, nisi Georgius suggessisset de angulo ædium tenebricoso & perre-condito, quem vel à coco, vel ab alio nescio quo inaudierat: obseruant hæretici angulum, in hoc angulo tres latebant Sacerdotes, Campianus, Colingtonus, Fourdus: cum intelligeret prope esse, vt comprehendantur; posita corporis & discriminis cura, faciunt suarum cogi-

Aggreditur simulatè ipsa res eum capiundi.

cogitationum summam, ac conscientiam dolore, confessioneque piant: tres illam vnam pœnam sibi inuicem imponunt, vt pleni charitatis recitent ter, *Fiat voluntas tua*: quasi toti diuina in voluntate defixi nihil laborarent, quid corpore fieret, & carne. Campianus ardens charitate sæpè se voluit obijcere his quasi Iudæis, atque vsurpare illud sui Christi, *quem quæritis*: verùm duo alij pugnant, vt se seruaret, non exponeret periculo ex illo pendere salutem & periculum multorum: ratio & charitas fratrum calorem eius diuinum iam iam erupturum tenuit intra lineam: quare soluti cura se componunt in singulis lectis singuli, ac supini, manibusque in cælum sublatis expetunt, expectant voluntatem Dei: voluntas Dei fuit, vt aduersarij irruentes occuparent eos supinos, ac mente formaque corporis, cœlum rogantes pro terra, pro pugnis coronam: eruuntur viri Dei ex cauernis, quasi antiqua tyrannide Petri & Pauli in itinere: quid hæretici aut serio triumphent de re, aut scurriliter ludant in Sacerdotes, laicosque nobiles, nihil tangam, tangam tantum, quæ sunt carceris: itineris tamen duo fuerunt singularia. Londinum itur per Abingtoniam, quæ proxime abest ab Academia Oxonienfi: in hac Academia ita floruit olim Campianus laude Philosophiæ atque eloquentiæ: vt vel amore, vel fama illecti multi Academici huc frequentes confluxerint ad Patrem transeuntem vel videndum, vel amandum: id cum bonus Pater intellexerat in sinu gaudebat aliquam in iuuenibus adhuc restare bonæ mentis scintillam, quasi fidei Catholicæ semen: surridet etiam, ac suauiter modesteque rogat, num velint eum audire concionantem: alterum itineris singulare id erat: quòd Pater ingrediebatur Londinum, quasi Cæsar, ouans in equo, frequentissimo populo; suoque capite præferebat maiusculis literis notatum elogium illud, *Iesuita seditiosus.*

Ardens zelus Campiani præ cæteris iam capiendi.

Elogium seu titulus capite præferens R. P. Camp.

Londini est platea longe celeberrima, quam vulgus dicit Cheepside: in hac est crux summi pretij, summæ artis, auro argentoque pellucens, pretium & ars fecerunt ne hæretici in hoc Christianæ fidei trophæum hactenus seuierint: bonus Pater dum transit, salutat crucem, nutuque decernit honorem, quem Catholici solent tanti triumphi tanto monumento. frendent hæretici, triumphant Catholici de constantia, ventum est ad catcerem, Pater dum traditur in custodiam arcis Londinensis, conuersus, lictoribus, qui duxerant & grauissimè violarant, dixit summa & vultus placabilitate, & altitudine animi, ægerrimè sibi esse, potius de vitæ morumque tenebris in quibus versabantur illi: quam de iniurijs maximis, aut itineris præteritis, aut carceris futuris: præuiderat enim Pater, quantæ mox iniuriæ quanto animo sibi essent deuorandæ, victus, squaloris, calumniarum: in quibus grauis calumnia erat rumoris falsi, fluentis primò à præfecto arcis Londinensis, ac per publicos dein crucis Paulinæ sermones, quasi canales deriuati in vulgus, Patrem scilicet Campianum Catholicæ religioni nuntium remisisse: tentatus sæpius fuit eius animus verbo, vultu, promisso, varioque stratagemate, vt paululùm modo remitteret de suæ conscientiæ lege in religionis rebus, si non illis grauioribus, certè his leuiculis si qua tamen res in religionis causa possit esse leuicula, verùm ille, tanquam petra, nixus Christo, Catholici militis locum constantia & animi magnitudine ita tuebatur, vt ostenderit ciuitatem, quæ latet in tutela & subsidio Dei, potiùs debere oppugnari à multis, quàm posse expugnari ab vllis: in verbis postquam viderant nihil esse illecebrarum ad eum pelliciendum, quæstionum longè exquisitissimarum adhibent vim in medijs tormentis isthæc inprimis conantur elicere à quot & quibus erat receptus tecto, quam multos & quos ad Romanæ Ecclesiæ communionem aggregârat, quam horum

Animus R. P. Camp. erga suos hostes benignus.

Rumor de P. Campiano falsus.

rum irretiendorum persecutus erat viam, cum quibus versatus est familiarius & secretius: premebant vehementer de libro, quo pugnarat bonus Pater, & euicerat, non esse adhærendum hæresi vbi impressus, cuius auxilio & consilio scriptus, à quo disseminatus in vulgus: denique si quos norat, qui de hoc libro tantulum norant: vehementes etiam fuerat, & multi in sententia excommunicationis quam sanctæ memoriæ Pius V. tulerat contra reginam Angliæ ad hæc omnia vnum erat & simplex responsum, se misisse ad duos nobiles, ad Ricardsonum, librum; ad Poundum libri capita quam rem liberè libenterque fassus est, quòd exploratè cognosceret tantum esse humani roboris, & diuinæ gratiæ in his viris ad refellendam omnem aduersariorum petulantiam, vt statuerit planè ex hac confessione nihil potuisse manare aut ad hæreticos malos boni, aut ad Catholicos bonos mali: dum Pater cum his tormentis conflictatur, quicquid vel artis, vel astus excogitari potest ad animos aliorum siue percellendos, siue indagandos, id totum adhibent: interrogant, obseruant, inculcant eandem rem molestè, vultus vocesque aucupantur: si qua forte litera aut syllaba ex quoquam fluat: quæ possit leuissimo quodam rationis aut coniecturæ odore intorqueri in damnum aut accusationem cuiusquam Catholici nobilis, mirum est, quanta erat lætitia, triumphus quantus: hanc mox syllabam ædunt in vulgus, & vna spargunt, eam à Patre Campiano fuisse in quæstione expressam: in quo fallendi mentiendique genere ita nullam habuerunt suæ frontis rationem, vt ex ijs, quos regina in secretiorum cogitationum societatem ascisçit primos, vnus non infimus equiti aurato (quem religionis ergô inclusum in carcerem volebant irretire si non legis laqueo, laquei certè specie) summa asseueratione confirmârit Patrem Campianum in quæstione aperuisse de illo, qualia & quanta non cogitârit: id quoque ad inui-

In tormentis suis nihil non ad percellendos animos intentatum relinquunt.

diam attexuit huius sectæ homulos nihil laborant, quibus maculis inspergant conscientiam, fidem, famam suam; dum quo toto corpore connituntur, eò quacunque ratione ascendant: verùm bonus eques fretus, quà suorum rectè factorum conscientia, quà constantia illius cœlestis athletis, his se mendaciorum fraudumque pedicis & laqueis facilè expediuit: mendacio tamen ficto à malis, sparso à magnis obtinuerunt aduersarij, vt populum imbuerit opinio penè certa, quenquam primæ nobilitatis virum à Campiano fuisse proditum: credidit magnæ notæ Catholicus, ac mihi tanquam rem non ex populi triuijs, sed magnorum virorum sermonibus haustam narrauit, inter eos, quos regina habet secretiorum consiliorum participes, certam iam fuisse & orationem, & scientiam omnium consiliorum, quæ de grauissimis rebus reconditissima aperuit Campianus in quæstione: quanquam non multò pòst suam idem mihi perstrinxerat & fidem in rebus falsissimis præcipitem, & mentem in aduersariorum dolis non satis perspicacem: imò tàm fuerunt aduersarij in mentiendo impudentes, in spargendo subdoli, vt hic error fuerit non illius tantùm nobilis, se plurimorum Catholicorum, planè opinantium, patris culpa factum fuisse, vt D. de Vaulx primæ nobilitatis Baro, Thomas Tressamus, & Gulielmus Latsbeus equites aurati traderentur in custodiam: vnde bonæ mentis, optimæque fidei Pater subierat inuidiam non solùm læsæ Reipub. apud hæreticos, sed etiam violatæ fidei apud Catholicos, qua causa Thomam Poundum nobilem sanguine, nobilem confessione: fidei (decem enim annorum carcere passus est religionis in causâ) impulerat, vt Patrem permulceret sanctarum literarum pia consolatione, moneretque in deuorandis iniurijs, tanquam Christi confessor, partes sumat constantiæ, deponat imbecillitatis: addit rumorem esse de imbelli animo quẽ in quæstione præ se tulit; rogat, verine sint rumo-

Falsæ accusatus inuidiam subijt læsæ reip. hæret. & fidei Christianæ.

rumores, qui de illius fide & imbecillitate, magnis authoribus, æditi sunt in vulgus: in mittendis literis deuincit sibi Poundus fidem vnius è grege stipatorũ largitione quatuor aureorum Angelottorum: si probet fidem, lautius præmium promittit: is cui literæ datæ sunt ad Campianum, consiliũ aperit, & literas obijcit præfecto arcis, præfectus vel mente sua, vel instinctu alieno Patri facit copiam literarum, omniaq; dissimulat de ijs, quasi nec lectis, nec cognitis: ad hæc à Patre id erat breuiusculi responsi, nullum quamuis exquisitissimum tormentum, nedum funem expressurum à se vocem quæ facit ad Ecclesiam Christi violandam: hæc responsio illos ex intimo reginæ cõsilio pupugit, dum suspicantur aliquid adhuc latere reconditioris mysterij de Reipub. summa nec queunt statuere (etsi statuant omnia) quam eius eruendi persequantur viam: verùm cùm videant se mulcendo, minando ne hilum proficere, illa extrema erat cogitatio, vt quem non possent torquendo frangere, eum disputando conentur vexare: in quo genere aduertes rationem, qualem nulli antiquorum Martyrum carnifices aut vsurpârint tam crudelem, aut inierint tam subdolam: illi enim retro actæ ætatis tyranni, Dei confessores primò disputationibus, pœnis deinde aggressi sunt: at hi, conuerso quasi tyrannidis orbe, hunc Patrem exercent priùs pœnis, ac fractum iam peneq; exanimem, in scholasticum hunc puluerem & solem eliciunt: in maxima tyrannide maxima hic fuit tyrannorum fraus, statuentium in corporis iam penè fracti & obtriti debilitate ita animum languere, ita hebescere ingenium, ita fluere memoriam, omnem denique hominis partem, quasi incisis neruis, ita ineptam esse ad functionem, vt ab illo non tam imbelli, quàm imbecilli facilè sperarint victoriã: verùm Deus, qui se suis promisit in his angustijs nunquam defuturum, eam suo siue confessori constantiam, siue athletæ fortitudinem instillauit è cœlo;

P. Campianum iam tormentis exhaustũ Disputationibus conantur vincere sed frustra.

vt

vt ex aduersarijs illi, qui nihil habebant frontis, nimis se multum habuisse putarint, quòd ausi fuerant congredi: agnosco Dei beneficium, quòd me passus est fructuosè, sed difficulter irrepere in turrim, & quæ gesta, dicta erant omnia, videre, audire: nam maximum tuli & voluptatis & vtilitatis fructum, quòd audierim perinsignem Christi Confessorem Campianum omnes aduersariorum captiunculas ita explicantem, refellentem; vt à quouis nec explicari facilius, nec feliciùs refelli posse viderentur: eius modestia & patientia in aduersariorum iniurijs, iocis, irrisionibus concoquendis tam nituit singularis, vt ex aduersarijs plurimi, cuius religionem oderant capitaliter, eius virtutem amârint ardenrer: de iocis perferendis nihil est: in pœnis corporis vel subeundis, vel perferendis Angelus est: nam dum venit ad locum quæstionis, non flet, sed orat; non queritur, sed præ foribus nixus genibus è cœlo veniã petit peccatis, patientiam tormẽtis, constantiam factis, aduersarijs gratiam: nulla illi pœna aut impendens timore, aut præsens dolore mentem eripuit liberam, quæ solet esse Sanctorum: vt videatis, videte virum Dei etiam lepidum in miseria extrema: cum tormenti vis illi eripuisset omnem membrorum non solum sensum, sed vsum iocatur se Elephantem esse: quid ita tritum est. Elephantem iam stratum humi habere membra, quibus se volûter; non habere quibus se erigat, ita Campiano in omnibus membris nullum fuisse membrum, quo posset vti: cùm manuum operam potuisset adhibere ad cibum, ridet se simiam esse, quasi imitatione ioculari mentitus potius vsum manuum, quàm adhibens ad necessitatem: multa sunt huius generis, sed mitto, vt sequar filum disputationis: extrahebatur disputatio in quartum vsque diem, eo ordine, vt repetita bis, ante prandium ab hora decima quinta in decimam octauam, post prandium à vigesima prima desinat in vigesimam tertiam:

In omnibus tormentis P. Campianus se Elephantem dicit & quare.

tiam: iniquissima fuit illa aduersariorum pactio cum Patre, vt illorum nunquam doctrinam tentaret interrogando, sed respondendo semper sustineret ineptias: à parte hæretica erant Decanus S. Pauli Londinensis Doctor Daius, Beëlus, & Vittakerus, qui id temporis contra Campiani librum paturiebat nescio quid libelli, & non multo post ædebat: quacunque inspicis, ignorantiæ & superbiæ maculis inspersum: à parte Catholica stabant Sheruinus, Bosgrauius, Campianus, aliique Sacerdotes; quanquam loquendi & respondendi partes Campiano & Scheruino erant solis sepositæ: ex his, quæ inter disputandum interuenerant, vnum secernam aut alterum, vt de reliquis commodiùs faciatis coniecturam. Pater Campianus semel perstrinxit hæreticos quasi cor rumpentes Scripturæ locum, quem citabant hæretici ipso punctulo referunt ad Græcum contextum: cum Pater negaret se Græcum librum velle, quod sciebat eos etiam obtrudere corruptum, cachinnus erat & conuitium in eum, quasi rudem & infantem in Græcis literis: quare ad Patrem, vt sperant, perdendum, audiente populo rident, irrident, & triumphi specie ingeminant illam suam in Monachos tritam vocem, Græcum est, non legitur: hanc contumeliam fert non ægrè, dissimulat prudenter, & quòd ratueret suam linguæ vel scientiam vel ignorantiam nihil decerpere de bonitate causæ, & quod aucuparetur commodiorem huius petulantiæ refellendæ occasionem, non multò pòst disceptatio erat de loco S. Basilij hæretici persuasissimum habentes Campianum nihil scire Græcè obtrudunt Basilium Græcum, ac impudenter prouocant, vt legat. ille vocis vultusque suauitate qua solebat omnia, cœpit primum altè legere, ac verba deinde Græca verbis Anglicis fideliter explicare: finit, & illam vnam sententiam subnectit, illorum impudentiæ suæ molestiæ testem, vos mihi posthac cito testes, me callere Græcè,

Ordo disputationis inter Camp. & hæret.

pugna-

Hæretici impudenter obijciunt Basilium Græcum Campiano legendũ.

pugnatur postea acerrimè, quæ fuerat Lutheri sententia de epistola S. Iacobi, quam ille & impiè appellauit stramineam, & impudenter negauit Catholicam cum in libris quos hæretici curarunt subijciendos (vtuntur enim Angli operibus Lutheri mutatis, emendatis, purgatis) reperiretur nihil, quod huc faceret; vix credas, quantam ædiderant lætitiæ & triumphi speciẽ: cum, Campianus responderet vere, recentes nouarum sectarum assecias in Luthero & Caluino pleraque mutasse, resecuisse plurima (quibus suam sectam sentiebant premi) in huius orationis fidem conferendos libros, quos primos Lutherus ædiderat in Germania; rident eum hæretici, quasi malæ causæ bonum subsidiũ expectantem inde ex Germania: hic finis est primæ disputationis: in qua etsi Pater & respondendo doctissimi, & patiendo religiosissimi partes egregiè sustinuerit; hęretici tamen totam disputationis laudem deriuarunt in Sheruinum, more Pharisæorum, qui Ioanni affigebant nomen Messiæ, non quod Ioanni vellent optima, sed quod Christo cuperent pessima: non hoc dico, vt quicquid decerpam de Sheruini laude (dederat enim documentum docti hominis, & in plurimis literis optimè versati) sed vt aperiam hæreticorum summam inuidiam erga summum Patrem, qui illorum causam ita obtriuerat, vt statuerint nunquam post hac Iesuitam vocare aut prouocare in palæstram: reliquarum disputationum nihil persequar, quod putem omnia omnium sermonibus celebratissima peruenisse iam diu ad vestras aures: postquam hæretici viderant omnem sibi viam hactenus tentatam effluxisse sine fructu, vt ædant terribilis crudelitatis tragicum exemplum, conspirant in innocentium mortem: in summa crudelitate videte summam fraudem: nam etsi hæc, populum imbuere religione, Sacerdotes, quasi semen, spargere per Angliam, excipere confessionem eorum, qui redierunt in gratiam cum Ecclesia,

Hæretici Pharisæis optimè conferuntur.

Hæretici nihil proficientes, in innocentium mortem conspirãt.

obire

obire sacra Missæ solennia, aliaque huius generis, veluti læsæ maiestatis notæ, capite iam sanciantur apud Anglos: tamen istis hæc communia non placuit obijcere, partim timore, quod religionis Catholicæ quadem quasi herba succrescente indies apud Anglos, talis accusatio cœperat habere odium; partim inuidia, quod sperabant in nulla religionis mentione nullam appariturum martyrij coronam: commune ergo consilium erat, litem intendere perduellionis, quod grandem pecuniam millium librarum Anglicarum, id est, nonagies plus minus millium aureorum solarium summiserant in Hyberniam ad Nicolaum Sanderum, & eos, qui arma in Hybernia cœperant contra reginam: hoc mendacio vt barbaræ immanitati inducant perpulchram boni communis speciem atque vt eos vocent in inuidiam apud populum, quod tam prolixa erant voluntate in hostes patriæ: quæ accusatio etsi paritura videbatur odium omnibus apud omnes, & apud Catholicos Patri imprimis Campiano, quod rem erat aggressus planè alienam à sua professione: tamen illis, qui aliquem modo habebant salem, fabula videbatur nullius probabilitatis: nam vt omni largitione omnes testes corrumperentur, nullo tamen modo poterat effici, vt circumstantiæ, quas Anglicanæ leges præscribunt, lucerent, quo scilicet in loco tam grandis pecunia erat collecta, à quo recepta, per quem summissa in Hyberniam, qui ciues capite censebantur, quo edicto, qua ratione, quare cum videant se in hac latebra non posse delitescere accusant quod Romæ & Rhemis in Campania cæperant consilium reginæ extinguendæ, quòd externos principes inuitarant ad regnum occupandum, denique quòd statuerant populum, subiectis flammis, excitare ad seditionem: fuit hæc accusatio vt tectior ad fraudem, sic in speciem periculosior, vtpote quæ non aduersarios modo (qui aliquid semper suspicabantur

Parantur lites ad conflandum odiũ apud omnes.

sub-

subesse fraudis) sed etiam familiares, quibus horum erat perspectissima innocentia, planè perculerat, ne si verbo, facto, signo, studium præ se ferunt & amorem, eiusque sceleris incurrerent suspicionem, decimo ergo quarto die Nouembris, Christi confessores in aula VVestmonasterienſi sistuntur tribunali, Edmundus Campianus, Rodolphus Sheruinus, Lucas Chirbeus, Iacobus Bosgrauius, Cottamus, Ionsonus, Ortonus & ex altero carcere Edoardus Rystonus. Ortonus solus erat Laicus, sed magni zeli; reliqui sanctissimæ vitæ Sacerdotes: in quibus Bosgrauius & Cottamus singulari quadam amoris significatione ostendebant semper se in societatis Iesu nutu & potestate esse: instituto deinde moreque maiorum censentur suo quisque nomine: respondentibus legitur alta voce totius accusationis concepta forma, quam Angli vocant Enditement, his actis, iubentur Campianus & reliqui forma iudicij stata manus erigere: erigunt reliqui, & & purgant se de obiectis criminibus, eo quisque ordine quo appellati responderant: verum Campiano ita brachia luxârant, vsumque omnem ademerant carnifices, vt quod vellet, non posset: quare socius qui astat vnus, reijcit manicam, ac manum (quam pœnæ profide Christi susceptæ non tam fregerant, quàm consecrârant) honore prius osculi reuerenter dignatur, ac deinde quam potest altissimè tollit, simulque altaliberaque voce se & suos pronunciat innocentes Campianus præter reliquos citabat testes Deum, Angelos, cœlum, terram; mundum denique & cui sistebatur tribunal (quod tribunalis illius terribilis post mortem futuri speciem repræsentabat) se immunem esse ab omni crimine vel perduellionis in reginam, vel coniurationis in Rempub. nihilque eorum, quæ obijciebantur, eam speciem habere, vt ijs Iudices vllum colorem possint inducere, ad se condemnandum: subnectebant voce hominis & liberi libera, & Christiani zelo-

P. Camp. & reliqui Sacerd. quasi per duellionis Rei tribunali sistuntur.

P. Camp. se immunem omni crimine coram omnibus protestatur.

zelosa: quid? in hac vrbis amplitudine, in hoc regni flore posse seponi duodecim viros ita nullius vel frontis vel conscientiæ, qui his criminibus condemnent nos, quos hodie primùm potiùs viderint, quam norint? singuli dein' rogantur seorsim, cuius iudicio velint stare, communi huic interrogationi in re capitis communis illa solet esse responsio apud Anglos, se stare iudicio Dei & patriæ: respondent hoc pro more, suo quisque ordine fuit zeli quod huic responsioni subiungebant Sheruinus, agi verè causam seruatæ religionis, falsò obtendi velum, læsæ maiestatis: id loqui terram, videri cœlum, vincere rationem: finitur: accusati reducuntur in carceres: altero pòst die sistuntur Ioannes Colintonus, Laurentius Richardsonus, Ioannes Hartus, Thomas Fourdus, Guihelmus Filbeus, Alexander Briantus, Ioannes Shertus Sacerdotes: eadem innocentibus obijciuntur crimina, eâdem omninò iudicij forma: vicesimo dein' Nouembris, Pater Campianus, omnesque, qui cum illo antè stiterant, euocantur denuò ad tribunal: nominatim singuli appellantur, respondent; accusantur, purgant, eodem planè modo, quo suprà: producuntur testes Crodocus, Sledæus, Georgius Eliottus, Mundæus, Hilleus: homines planè ex fæce, quos & natura finxerat ad mendacium, & consuetudo erudierat ad impudentiam, qui innocentissimorum virorum frontem & orationem audebant sustinere in nulla veritatis specie. Crodocus obijcit, quendam Anglum officij causa inuisisse eum Romæ in carcere, & ad consolationem subnexuisse, non tam debere esse dolori, quòd carcerem subeat apud externos, quàm gaudio quòd longissimè absit à patria, quæ non multò pòst, excitatis tumultuum procellis, multo multorum sanguine miserè funestaretur: mentitur Eliottus sacerdotem quendam Paynum, qui id temporis arcis Londinensis custodia tenebatur,

Sistitur denuo P. Camp. tribunali cum reliquis, & producuntur falsi testes.

aperuisse illi consilia Catholicorum coniurantium in reginam hac forma; vt quinquaginta milites occultis armis tecti cum sclopis aggrederentur eam, cùm esset in aucupio voluptatis (solenne enim est regibus Angliæ, vt ad voluptatem singulis annis vnam regni partem obeant,) ac cum comite Leceſtrensi thesaurario regni, & qui est à literis, Valsingamo trucidarent: vt res autem vel minori periculo, vel maiori spe conficeretur, quendam primæ nobilitatis virum suffectum, qui alta voce succlamaret, viuat regina Maria; nomen tamen principis viri nulla se arte potuisse à Sacerdote eruere: nihil mirum, si non possit nomen eruere viri, qui fingebatur magnus, erat nullus; in re, quæ erat tam perspicuè falsa, quam impudenter confirmata. Sledæus, quo erat candore, publicè confitetur se Rhemis egregiè fuisse hypocrytam, & Catholici benè sanctuli induisse laruam, vt facilius possit expiscari mores, ingenia, consilia omnium, de quibus promittebat volumina. Mundæus (vt rem conferam in pauca) narrat monstra multa, paucis: dixerant, & cum vestigio duodecim viri nominatim appellati iubentur exquirere, quid æqui, quid iniqui: in more est apud Anglos, vt duodecim bonæ famæ viri secreti ex plebe, causam capitis exigant ad normam, ac, rationibus vtriusque partis æquo librili perpensis, accusatos declarent suis verbis gyltie, aut non gyltie: id est, nocentes aut innocentes: hi in hac causa non secreti ad iustitiam, sed ad fraudem corrupti: post auditam hinc accusationem, inde purgationem, iubentur finita die sistere, ac respondere suam mentem: ex illis tres tenellæ (vt videtur) conscientiæ, simulatis causis, declinant statum diem, tanquam scopulum periculosum, apud quem videbant se facturos naufragium vel gratiæ diuinæ, innocentes se condemnarent vel auræ humanæ, nisi condemnarent: nouem ergo alijs, qui obibant edicti diem,

Mos apud Anglos in causa capitali qualis.

diem, tres adiuncti erant: qui omnes collatis inter se potiùs capitibus, quàm rationibus, innocentissimos Christi confessores renunciant reos. Iudex rogat damnandos, si quid adferant, ne horum sententiam sua subsequatur sententia, nam apud Anglos duodecim hi viri exquirunt, iudex damnat. Iudici id erat responsi à Campiano, tantum esse: tamen rogare se Deum, vt iudex, accusator, aduersarius reliquus pro tribunali summo & extremo mitiùs audiant. Iudices ipso punctulo, Andersonus, Egertonus regius Procurator, ac Pophanus, seu verius à conscientiæ fœditate profanus (interfuerat enim hic quæstionibus confessorum, ac viderat, audierat omnia, ex quibus poterat & debebat, si quid habuisset conscientiæ, eos declarare integros à labecula) assurgunt omnes, & quod est iudicibus solenne, communi tractaque voce declarant dignos morte, feruntque in innocentes sententiam, quam illa tribunalia audierant iniustissimam, hac formula, hinc abripiantor ad carcerem, inde ad locum statum raptantor, in loco exenterantor, secantor: post sententiam audiuntur non eiulatus mulierum, sed trium Sanctorum tria iubila exaltant verbis, Campianus istis. *Te Deum laudamus, te Dominum confitemur*: Sheruinus illis, *hæc dies quam fecit Dominus, exultemus, & lætemur in ea*: seueriùs Briantus, vir alioqui natura placidissimus perstringit iniquitatem tribunalis, refertque ad iudicem summum, his Dauidis verbis, *Iudica me Deus & discerne causam meam de gente non sancta*: posteà subijcit Campianus ad populum in hanc sententiam *audiuistis* (viri optimi) *nos condemnatos crimine imminutæ maiestatis*; *huius sententiæ, quæso à vobis, vt recordemini non clementiam, sed iustitiam, putatis fore, vt homini, qui tam multis, tam grauiter, tam insidiosè, regiam maiestatem petierat, proponeretur facilè libertas, honor, facultas bene opima? hæc*

mihi proposita sunt, multa asseuerattone, à mãgnis viris, si remitterem illis de mea conscientia, in rebus, vt putabant illi, minutulis: imò qui mihi astat arcis præfectus, hæc & his lautiora promisit, si in templis hæreticorum vel concionantium, vel cantantium vestigium modò ponerem: quid? homini grauiter perduelli, quod causantur, de re leui tam lauta promitterent magistratus, permitterent principes? non auderent: non perduellem (viri optimi) non perduellem, sed zelotem fidei Catholicæ & oderunt & condemnarunt: mox dilceditur à tribunali, reditur ad carcerem, in carcere sæuitur: nam compedibus ex ferro grauibus impositis, tenentur arctiùs, tractantur rigidiùs, vsque ad diem supplicij: in toto hoc negotio, Patris Campiani ea apparuit siue defendentis prudentia siue patientis modestia, vt non solùm populum, sed ipsos etiam iudices suæ virtutis admiratione & stupore defixerit: adde quòd in tanto periculo, tanta constantia vocis & vultus, in tot rationibus tam breuis prudensque oratio fecerant; vt plerique statuerint eos, tanquam innocentes potiùs liberandos, quàm condemnandos tanquam nocentes: verùm æquitas sententiæ poterat optari, non poterat expectari ab hoc tribunali, in quo erant iudices cæcati honore, testes corrupti largitione, duodecim viri præpediti timore: non loquor ad inuidiam, loquor certa: nam vnus ex duodecim viris occultè ab amico perstrictus posteà, quod damnandorum innocentium grauissimo se scelere obstrinxerat: id vnum responderat se angustijs pressum hoc facere debere, aut illud pati, vt non habeatur amicus Cæsaris: sequenti die reliqui, qui hoc etiam nomine concluſi erant in carcerem, eandem audiunt sententiæ, seueritatem, eadem iudicij præscriptione eadem testium impudentia, eadem duodecim virorum voce, eodem omninò modo, quem suprà depinximus in aliorum condemnatione: finito iudicio, Colintonius non tam spe euaden-

Prudentia & patientia P. Camp. in omnibus.

euadendi, quàm conscientia testandæ veritatis, conuersus ad iudices pronunciat alta voce, omnes facilè posse, & iustè debere falsam aliorum accusationem metiri sua: se enim illo die, quem illi præfinierant coniurationi Rhemis initæ, Londini fuisse in domicilio, quod peruagata gentis voce vocatur Greesynne, apud nobilem quendam Lancasterum, Lancasterus fortè aderat, rogatur, respondet ingenuè veritatem, & innocentem liberat mortis periculo: hoc exemplo inuitatus Ioannes Nicolsconus Sacerdos, qui cognouerat Fourdum perindè iniustè condemnatum, excipit de eius innocentia, narrat locum Angliæ, in quo fuit, eo die, quo aduersarij calumniabantur Rhemis initam, coniurationem: verùm suæ libertatis magnique animi eum tulit fructum, vt religionis causa, primùm dedatur in communem carcerem, ac paulò pòst condatur in arcem Londinensem: verùm quoniam Rhemorum suprà fecimus mentionem sæpiùs, in re explicanda videbimus optimam voluntatem & munificentiam prolixam, quam adfert Gregorius Pontifex Maximus, non solùm ad hæreseos fibras penitùs euellendas, sed etiam ad religionis sementem per orbem latè serendam: nam diuersis populis diuersa excitauit collegia, Rhemis & Romæ Anglis, Laureti Slauonibus & Dalmatis, Romæ item (ne singula persequar) Germanis & Græcis: vt in illis adolescentes doctrinæ vitæque puritate imbuti, & interioribus literis probè informatæ ad Ecclesiæ ruinas reficiendas incumbant, in sua quisque patria: nam illa pactio est, vt cooptandi promittant se & Sacerdotes futuros, & operam, in quæstum suæ quenquam gentis collaturos: ex illis duobus collegijs Rhemensi ac Romano, quasi feracissimis agris, Pontif. eos in Anglia decerpit & delibat Confessorum & Martyrum fructus, quos nostra ætas natrabit potiùs multos, quam sequetur magnos, & posteritas fortasse

Greg. Pōt. Max. Rhemis & Romæ diuersis pop. excitauit collegia & cur.

mirabitur potiùs summos, quam assequetur diuinos. verùm vt interciſum hiſtoriæ filum pertexam, poſt latam mortis ſententiam, Confeſſores reducti in carcerem, dederũt populo materiẽ multi ſermonis: ſpargebant; vnus, Ducem Alenſonium, qui illo tempore in aula reginæ fuit, illis deprecatum fuiſſe veniam; alter. Patrem Campianum, ipſum ſibi conſciuiſſe mortem: verùm tantam falſi rumoris varietatem, quaſi caligi-nem, diſpulerunt Calendæ Decembris: hoc die Pater Campianus ducitur ad carcerem alium, cui nomen à frigore, & nuditate Caldenherber: ac reperit Sheruinum & Briantum, paratos iam & expeditos ad omnem crudelitatẽm perferendam: mutua hîc lætitia, mutuus complexus, ſermones feruntur inter illos breues, ſed dulces, de felicitate, quæ erit, de miſeria, quæ eſt: puto planè hos tres diuinæ mentis Martyres tantam animis ex mutuo ſermone cœpiſſe voluptatem, quanta facilè & præſentis miſeriæ, & futuri funis abſtergeret dolorem, quid narro dolorem? in miſeria fuit lætitia, in fune triumphus: niſi fortè non fuerat aut Laurentio carbo dulcis, aut lapis Stephano mollis: præparat ſuos Deus, & quaſi ſubigit ad pœnarum patientiã; Petros, Iacobos, & Ioannes in monte Thabor, Cecilias in cubiculis, Catharinas in templo, Sebaſtianos in campo, Ignatios in cauerna: atque ſingulos ſubigit & præparat ſingulis modis, Petros, Iacobos & Ioannes ſpecie gloriæ, Cecilias ſermone Angli, Catharinas interna lute Sebaſtianos contemptione mundi, Ignatios contemplatione cœli: hanc his tribus Sanctis præparationem puto fuiſſe in hoc carcere ſummam, hac mutui ſermonis communione dulciſsimam: nam quod SS. Hilarioni & Paulo euenerat in extremo vitæ quaſi actu: vt de cœli delicijs, ac terræ miſerijs lætiſsimi diſſererent: id iſtos puto facere, hoc congreſſu, & ex terra elicere cœlum, ex miſeria lætitiam: de Sheruino, ante-

P. Campiani & reliquorũ duorum Sacerd. inuicem ſermocinantium lætitia.

quam

quam Pater Campianus venerat, omnes mirari omnia: nam siue loqueretur piè, siue faceret constanter, aduersarij ipsi videbant in verbis Angelum, in factis Deum: in medio huius sermonis cursu ecce Præfectum molestè interpellatorem, qui hos tres more institutoque maiorum tradit in potestatem magistratui Londinensi, cùm mandato, vt latæ sententiæ imponat pœnam: sternuntur mox in traham, vinctus Campianus, solúti alij: supini omnes: ac longè per ciuitatem raptantur: in hac miseria specie, id erat consolationis, quod, obiecta, oportunitate quasi è cœlo, quidam P. Campianum quærunt arbitrum conscientiæ rebus, quidam lutum sanctis vultibus extrahæ volutatione inspersum abstergunt: bone Iesu, quamdiu patieris afflictas tuorum conscientias teneri hac seruitute? quærunt te in carcere, quærunt te in traha, quousque non respicies hanc piam mentem? non periculum: non timor retardat, quò minus currant post te, quousque non admittes? sequuntur, sequuntur te in Campianis ac Sheruinis, tanquam Maria & Ioannes, vsque ad crucem; quosque excludes? vide, bone Iesu, hanc ipsam mentem, vide è cœlo pie: non vis placari hac Confessorum mente? fac saltem placêre hoc Martyrum sanguine: sed linquo te Christe parumper, vt redeam ad tuos Martyres, qui iam sunt in loco supplicij, ex traha Pater Campianus primò ascendit currum subiectum cruci, ac populo edidit Cygneam cantionem, petitam ex illis Pauli verbi; *Spectaculum facti sumus mundo, angelis, & hominibus*: in quibus minutatim explicandis, dum magnæ constantiæ magnum, turbati animi nullum ædit signum, quasi nihil periculi esset; Cnolsius quidam, qui reginæ à consilijs, illas habebat sibi partes impositas, vt supplicio interesset, ægrè ferẽs tam liberũ veritatis: præconiũ, præcidit filum, & inhumana voce. quid inquit? putane te huc tractũ, vt populum peruersitate

Præfectus arcis P. Camp. & reliquos 2. Sacerd. tradit Magistratui Londinensi.

Apostrophe ad Christum.

Quidam à Consilijs Reginæ ægre ferens liberum P. Camp. animum verbis sic increpat.

sitate opinionum inficias ? quin potiùs pergis, cuius gratia hîc es, culpam delictorum (quorum fuisti citatus reus) publicè fateri, & reginam rogare veniam de crimine, quod in te concepisti læsæ maiestatis ? eadem fuit cantilena reliqui magistratus, & eorum inprimis, qui erant ex colluuione ministerij Caluiniani : respondent Campianus suauiter, se facturum omnia liberè & libenter : si quid tantulum admisisset in reginæ maiestatem, verùm ab huius criminis conscientia esse immunem, planeque integrum : pergentibus tamen molestè & veteratoriè vnam modò exprimere syllabam, quæ læsæ maiestatis habeas si non crimen, certè speciem, respondet liberè, nihil esse, quod premat conscientiam: excipit vir princeps, qui reginæ est à consilijs crimina tam clara, & euicta ordine iudicij, nec debere negari, nec posse refelli. P. Campianus, quicquid (inquit) honorate vir, contendis, *nec posse*, nec debere; id vnum fateor me Sacerdotem esse, in Catholica fide vixisse, pro Catholica fide mori: aliud crimen nec est, nec agnosco: ad formam iudicij quod attinet, duodecim viros labi sæpe errore facileque huc induci nunc potuisse specie criminationis malitiosè ficta, affabrè facta : se tamen hanc illis siue errorem, siue malitiam æquè ignoscere: dum hæc rogantur, reduntur, Patri Campiano venit in mentem quorundam, quos de rebus leuiculis nominârat in quæstione, quibusque anteâ cauerant iudices immunitatem fide sua & iuramenti religione : rogat, ac per horum, qui fidem interposuerant, honorem obtestatur, hanc vt hi fidem mortuo liberent : neque sinant innocentiam illorum perfidia circumuentam obteri: nihil esse causæ, cur mulctentur ad fidem, si quid cum illis aut alijs liber egerat extrà conscientiæ & pietatis rem, id petit æterne flamma vindicandum : de verbis illis ad Poundum (nullum ne exquisitissimum quidem tormentum

mentum nedum funem, quicquam à se extorturum, quod faciat ad sanctæ Ecclesiæ violationem) hanc esse notionem, nulla tormenti vi affectum iri, vt nomina ædat eorum, quos audierat, & absolutos sanctæ Romanæ Ecclesiæ gremio incluserat: posteà de Richardsono intexuit, non esse hunc, qui cum reliquis iniustè erat damnatus, cui librum suum miserat dono. Hîc superponitur quasi in scænam Hernus, Ludimagister extriuio, qui linguam & animam vili pretio addixerat ad fabulam narrandam de Patre Campiano: præfatur, agitque personam tam ineptè, vt qui sperârit hinc lauream mimi, subierit labem momi: illi non creditur, ne à suis quidem, ita putidè mentiebatur, quicquid mentiebatur: ô impudentem Roscium, qui agit in scæna, spectante Campiano: sed hanc illi gratiam largitur P. Campianus, ne spectet, sed totùm potiùs tempus, quod Hernus ponit in fabula, ille seponat ad orationem: totùs ergò defixus in commentatione Dei rerumque diuinarum, orat suum Christum, contemnit hunc ex scabie vermiculum, si tamen contemptio tanta possit cadere in tantam Patris humilitatem: puto potiùs bonum Patrem orasse pro malo mimo, vt linguam à maledicentia & calumnia traducat ad gloriam Dei principes viri cùm videbãt huius dictionem nihil adferre ad causam, ponunt modum stultæ garrulitati, premuntque Patrem de bulla excommunicationis, quam tulerat Pius V. in reginum Angliæ, an sit à Gregorio XIII. confirmata, vique illius bullæ subditi regni Anglicani an sint exempti iuri: quod habuit ille in illos: hîc enim putant se expressuros voculam dignam morte: verùm cùm Pater, interposita cogitatione, respondisset illius quæstionis dirimendæ nec locum esse, nec tempus: eum rogant, an velit nuntium remittere Pontifici: referunt responsum verbuli, sed verbuli quod habet momentum, *se Catholicum*

Bulla excommunicationis in Reginam lata P. Campiano obijcitur.

esse: vnus propior Atheio, quàm Christiano mox clamare : *Catholici* nomine comprehendi omnem perduellionis labem. Caluine quid egisti, qui hanc sententiam implesti: tandem minister: ex hac Caluini sententia percunctatur, an velit, cum illo orare: importune, ineptè: vides, quisquis es; eum ita vixisse semper, ita mori nunc, vt facilè ostendant se morte peius odisse omnem cum hæreticis communionem, siue in oratione, siue religionis quacunque actione. Pater tamen nihil exprobrat, sed verbo, vultuque lenissimo monet, se nullius calorem cohibere ab oratione, nihil tamen velle orare cum eo, tanquam aduersarum partium homine: rogare verò omnes, qui adsunt, Romanè Catholicos, vt in extrema eius vita symbolum recitent Apostolorum; id signum fore, se nec pro alia causa, nec in alia fide mori, quam Catholica & Apostolica, quæ solæ Romanæ Ecclesiæ terminis circumscripta viuit & viget: extremo loco molesti iterum sunt de regina, vt roget veniam delicti aduersus eam concepti: is imminens iam morti, verbis quàm potest grauissimis diuinam maiestatem citat suæ conscientiæ testem ac rationibus clarissimis euincit, se in reginam nihil vnquam deliquisse, aut tantulum titubâsse, nedum coniurâsse, in vitam: in reliqua semper vita pro ea orâsse, in morte etiam articulo iam extremo orare: cum vestigio verbis quàm potest ardentissimis, & charitatis plenissimis reginæ animulam commendat Deo. D. Carolo Hauuordo roganti, quam loquatur reginam, Elyzabetham (subijcit) vestram, meam reginam: hæc vox quia videbatur mirificè placere viris qui aderant, nobilitatis principibus, eam quasi extremam excepit funis, funem mors, mortem eiulatus seu verius murmur quoddam luctuosum totius populi, qui illuc illa die confluxerat hac memoria numerosissimus: id fuit singulare, ac diuinæ in diuinum Patrem bonitatis non obscu-

P. Campianus morti proximus à Romanè Catholicis Symb. Apost. petit recitari.

Iamiam morituus nihil in Reginam deliquisse fatetur.

obscurum indicium, quòd sententia contra Edmundum (hoc enim erat Campiano prænomen fontis) incideratin diem, quam antiqua Anglorum religio consecrârat honore D. Edmundi, regis Angliæ, Martyris Ecclesiæ; atque vt in summa crudelitate miremur aliquam clementiæ speciem, carnifici præcisuro funem, vt semimortuo Patri intestina erueret maiori cum sensu doloris, impedimentum est à magnæ notæ viro; mortuo tamen amputatum caput, corpus dissectum in quatuor partes.

De Sheruino hæc fuerunt singularia: post halitum Campiano impeditum laqueo; carnifex, propera (instat) Sheruine ad tuum item præmium, barbarè: quid reprehendo? hoc est, esse carnificem. Sheruinus hac vocis immanitate tantum abest, vt moueatur, vt mitescat magis: propter tanquam *ouis ad occisionem* & carnifici veluti pastori osculatur manus, vel quia imposituræ erant lauream, vel quia illitæ erant sacro Patris Campiani cruore: minimum est, hæc res quin exprimeret lachrymas optimis, expressit sanè amorem & misericordiam pessimis: cùm primùm ascendisset crucis huius quasi currum triumphalem, rogat, finant ne eum dicere, annuunt esse potestatem: is in ipso vestigio appellat suppliciſsimè Trinitatem, singulisque personis agit gratias de singulis donis, id est, vni Deo de omnibus, aggreditur ad confessionẽ suę fidei & religionis: inhibet hunc cursum Knolsius: satis (inquit) nota nobis est tua religio, de violata regina expedi: pernegat Sheruinus se affinem perduellionis crimine: scimus (excepit Knolsius) nihil à te admissum, vel quia non potuisti, vel quia ineptus es ad rem; per consequentiam tamen (largiemini mihi hanc barbarã voculam) te esse reum. Sheruinus liberè, si læsæ maiestatis nomine comprehendatis Catholicæ fidei professionẽ, Sacerdos sum, Catholicus sum, id est, ad hunc sen-

Sheruinẽ martyriũ

sum

sum insigniter perduellio : dum induitur collo laqueus, Sheruinus ingeminat piè; Iesu, Iesu, Iesu, esto mihi Iesus dum frangitur illi gula, illa concionis audiebatur plena vox, *Bone Sheruine, Dominus Deus recipiat bonum animam tuam.* Reliqua & Sheruini & Brianti eadem responsiones erant ijsdem P. Campiani interrogatis, eiusdem innocentiæ eadem mors, seu potiùs eiusdem mortis eadem gloria : nam quemadmodum vixerunt Confessores, vt mortis quandam viam muniant Anglis ; sic mortui sunt Martyres: vt vitæ quandam legem præscribant optimis.

FINIS.




Th
5839